



Kogo wybawiß ze dziecie zpuściu

Do Pana Ke

Kony

studenta





ERATOSTHENES,
hoc est,

BREVIS ET LVCVLENTA DEfensio Lysiæ pro cæde Eratosthenis,


praelectionibus illustrata ANDREÆ DVNÆI *in Academia Cantabrigiensi Græcæ linguæ Regij professoris: in quibus* fusè explicantur multa, quæ tum ad ejus linguæ cognitionem, tum ad alias res attinent.



Excudebat Iohannes Legatus, inclytæ Academiæ Cantabrigiensis Typographus.

ANNO DOM. 1593.

NO
&
RO
TI
re



aliò con
& satis
streis vi
fore spe
& adiut
audaciam
per in Ac
ma spe p
tum decr
amplissim
Cum ver

AD
NOBILISSIMVM
& Illustrissimum Dominum, ROBERTVM ESSEXIÆ COMITEM, PRO COMITE HEREFORDIÆ: Equitem auratum insignissimum *honoratissimi ordinis Garterij*, &c. literatorum & bonorum *omnium benignissimum* protectorem.



ON patronorum inopiâ (nobilissime Comes) cum tuo nomine apparuit libellus hic noster, atq; in tuum unius ex aliis omnibus patrocinium se recêpit: neq; quòd non erat, quô se aliò conferret, ad te potissimum confûgit. nam & satis multos adhuc esse video magnos & illustreis viros, qui favent & student literis: & plures fore spero, qui literarum studiosos omnes salvos & adiutos velint. sed aliæ caussæ erant huius, sive audaciam placet dicere, sive inverecundiam. Nuper in Academia te vidimus, summa indole, summa spe præditum, optimis studiis deditum: iam tum decus, dignitatem, omnia ad quæ natus es amplissima, in illa puerili ætate meditantem. Cum verò honores atque hæreditatem adire,

& res tuas capessere cœpisti, spem nostram longè multúmque vicisse; maiorem omnibus fecisse de te tuisque virtutibus expectationem: ut iam homines memoriã & desiderium patris tui, clarisimi, atque fortisimi viri, quem omneis lugebant immatura morte præreptum, æquiore animo ferrent, cum te talem, haberent effigiem patris: in te virtutum eius expressam imaginem cernerent: denique cùm Patria, damnum fore infectum, quasi pignus atque obsidem te teneret. Iam consequentia his principiis λαμπρότερα: moliri semper aliquid cum maxima gloria: nisi perfecta, aut tentata re aliqua magna, non quiescere: opibus, potentia, gratia quàm plurimos opis tuæ indigentes iuvare, quàm plurimos sublevare. inter hæc omnia literas colere: doctos viros conquirere, asciscere, tecum habere, omnibus rebus augere: te pariter atque illos ornare, decorare. Nec ego videri possum hæc auribus tuis dare, quæ sunt omnibus in ore, & fama consentiente celebrantur. itaque iam omneis te spectare, te intueri, ad te certatim confluere, qui sibi res magnas expetunt, aut ullo honore se dignos putant. ut iam videaris, quod Homerus de Vlysse suo prædicat,
Odyss. β πάντων ἐπίστροφος ἀνθρώπων. in te enim omnium mentes, oculi, ora conversa. Possent hæc igitur me eadem, quæ ceteros commovere, ut, quò meis

nugis

nugis conciliarem ex tanta amplitudine auctoritatem, tibi donarem libellum hunc non illepidum, te meis lucubrationibus patronum adoptarem. ſed, quò libentius, atque audacius hoc facerem, cauſſa acceſsit gravior, & privata quædam ratio me magis impulit. Eram tibi notus in Academia: habebam tum ad ſublimitatem tuam ipſe humilis, hanc commendationem atq; aditum, quòd à *Thoma Aſhtono* mihi quoque erudiri contigerat, qui teneros tuos ſuſcepit annos, qui Patri tuo ſe totum devoverat, & magnam habuit cum familia veſtra nobiliſsima neceſsitudinem conſtitutam. quem virum iam olim mortuum, nunc idcircò honoris cauſſa nomino: quia ſecundum Deum, & parenteis plurimum illi debeo. quicquid enim eſt in nobis literarum, aut humanitatis, aut ullîus omnino boni, ille effecit, ille primus auctor fuit. nec de re ulla ſic Deo gratias ago, quàm quòd illîus providentia talem habui præceptorem, de quo omnibus qui alumni fuerunt eius diſciplinæ, gloriari licet. mihi verò inter tot adverſa & acerba, quæ vidi in vita, atque expertus ſum, hoc unum tamen feliciter, atque ita, ut non potuit melius, evénit, quòd ad præſtantiſsimum illum virum puer ſum à patre deductus. hanc viri illîus piam commemorationem, gratam tibi futuram certò ſcio.

Perſius de Cornelio præceptore ſuo, teneros tu ſuſcipis annos.

huius igitur præcipuè fretus auctoritate, hoc tibi munusculum offero, cuius memoriâ sperabam sat commendationis habiturum. Genus autem scribendi nostrum vides (amplissime vir.) non enim Tarentinis, ut ait ille, aut Consentinis, & Siculis hæc scribimus: sed doctis adolescentibus, qui rectum illud studiorum iter ingressi, multa istarum rerum iam ipsi intelligunt: plura à doctioribus scire avidè desiderant, sitienterq; expetunt. Quanquàm in Persij illius scriptis levioribus, urbanitas summa apparuit, doctrina mediocris. in nostris contrà fortasse, plus eruditionis (sic enim decuit cùm eruditis hominibus scriberemus) nonnihil tamen subindè, quo conditiora hæc fierent, facetiarum spargitur. variè enim rem ridiculam, & ludicram, nunc seriò, nunc iocosè, nunc populariter, nunc eruditorum more tractamus. *nunc agilis fio & versor popularibus undis*: nunc in Grammaticorum, Rhetorum, philosophorum, iurisconsultorum, omnium deniq; doctorum hominum præcepta furtim relabor. mirabuntur illi, qui nisi quod ipsi dixerint aut fecerint, nihil salsum, & venustum putant, unde hæc nobis dexteritas extitit, aut quæ nox nos subitò perpolivit. quem illi semper scævum hominem putavêrunt, moribus asperis, inhumanis: istarum verò nugarum nihil vel cogitatione unquàm attigisse: denique

Cic. 1. de finibus.

nique inficeto rure inficetiorem, ut inquit Catullus. ſed aliorum non moror iudicium. ſcio hæc alios aliter accepturos, pro ſuo quemque ingenio. te verò (ô virorum omnium σεμνότατε) ſi placuerit hæc legere, noſtri fortaſſe miſerebit. miſerabile enim videbitur, καὶ δεινῆς ἐχόμενον ἀσχημοσύνης, hominem id ætatis non habere εὐσχημονεστέρας διατριβὰς: ſed tantum ſtudii in argumento nequã, & re nihili ponere. & eſt certè noſtra (ſi verũ fateri volumus) miſeranda planè & deploranda fortuna: qui cogimur, niſi torpere, & eſurire, & nihil (quod miſerrimum eſt) agere vellemus, ὄντως τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκότες, δεινῶς παρὰ τὴν ἡλικίαν ἀσχημονεῖν. Neque hoc tam noſtra culpa, atque inertia contigit, quàm partim neſcio qua fatali calamitate horum temporum, & labe quadam huius ſeculi: partim multorum importunitate, qui tanquam ipſi idonei eſſent ad omnia, nemo præter ipſos dignus ullo honore: ita omnia arripiunt: omnia maiora munera invadunt, & involant, immò præoccupant: nihil, quod honeſtum ſit, aliis relinquunt: vnde habeant aut quomodo, non laborant: ſed oportet habere. digni cenſeantur, vel indigni, id alii curent ſcilicet. hii ſunt noſtri fundi calamitas. intercipiunt enim, quod nos capere oportet. at qui & quales? quibus magna ex parte vidiſſe Academiam ſatis eſt, atque à limine, ut aiunt, ſalutaſſe. certè

non ſunt tincti literis, neque imbuti Theologia, aut vllis bonis artibus: vix leviter, quaſi in ſole ambulaſſent, colorati. ναί φησι nos inertes & deſides, qui in Academiis tam diu quaſi fæx hæremus, emittẽdi ſumus in meſſem Domini, vel potius extrudendi. immò ipſi potius à meſſoribus, quos perturbant, ad aratores, atque ad aſinos ab equis detrudendi. nunc ad clavum ſedèrent libenter, qui ſi haberent pro meritis, ſentinam potius haurire deberent. malos ſcandunt, per foros curſitant, qui ſi eiicerentur é navi, minima iactura fieret: navis ipſa certè minus iactaretur. *Vidi*, inquit Eccleſiaſtes, *malum ſub ſole*, quodnam? *poſitum ſtultum in dignitate ſublimi: divites autem ſedere deorſum. vidi ſervos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos*. non quos vulgò dicimus divites, & principes. hii enim ſuis opibus facilè ſe levant & extollunt: ſed qui ſcientia ac ſapientia ſunt divites, & virtutis principatum tenent. at meſsis multa & copioſa, quæ colligenda eſt. at noſtra ipſorum meſsis miſerè perit, & fœdè corrupta eſt imbribus, quia matura non recîditur, neque de area tollitur. Nemo eſt enim, qui nos edûcat in meſſem, vel ſi reſiſtimus, extrudat. Sed iſti in ea, quæ tenent loca, niti atque evadere ſua quidem ope, &

Eccleſ. cap.10.

& factione non possunt: aliorum gratia adminiculoque eò perveniunt. ἀσθενὴς μὲν γάρ ἐστι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτὸν (inquit summus orator) ᾧ δ' ἂν ὑμεῖς προσθῆσθε οὗτ' ἰσχυρὸς γίγνεται. *infirmus est enim omnis improbus per se: sed cui vos acceditis addítique estis, hic iam validus est.* Vtile est reipub. multos esse magnis opibus & factionibus, qui probos tueantur, imbecilliores adiuvent, non qui præsidio sint improbis. ἰταμὸν γὰρ ἡ πονηρία καὶ τολμηρὸν καὶ πλεονεκτικόν. καὶ τοὐναντίον ἡ καλοκαγαθία ἡσύχιον, καὶ ὀκνηρὸν, καὶ βραδὺ, καὶ δεινὸν ἐλαττωθῆναι. difficile hæc oratorum principis interpretari: sed conabimur. *Inquieta est ac impudens res quædam improbitas, & audax, & rapax atque avarum: contrà probitas quietum cunctatione tardum, solers & callidum ad hoc, vt minus quàm par est, consequatur.* ὑμῶν μὲν ἐν προσθήκῃ, τῶν πονηρῶν περίεισιν οἱ χρηστοί. boni malos superant vestris opibus adiuti. sin destituantur inopes ope vestra atque auxilio, λέλυται πάντα, ἀνέῳκται, συγκέχυται, soluta sunt omnia, ad nequitiam patefacta, confusa. ad eos igitur vestram potentiam atque auctoritatem conferre debetis, ad quos iuvandos à Deo acceptam habetis. nec quicquam tam pium est, quam τῶν ἀσθενῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, אשר אין לאל ידם, vt Hebræi loquuntur. Neque ego

Demost. contra Aristogitonem.

Idem. Ibidem.

ego nunc meam cauſſam ago, ſed communem omnium. nos enim præpotentem illam & glorioſam Theologiam, illis iamdudum tractandam reliquimus, in quibus nullus nobis, ne infimus quidem, relictus eſt locus. ſed magnum hoc commune malum, & peſtis graviſsima, quòd tam multi in Academiis tam diu morantur inviti. quæ, malùm, iſta perverſitas, quævè amentia, tot vetera Collegia à maioribus extructa conſervare, nova ædificare: in his delectam inventutem, quæ maximè videtur valitura ingenio atque induſtria, collocare: privilegiis ornare, omnia ad victum neceſſaria proſpicere: ut ſint, quorum opera reſpub. atque Eccleſia utatur: iiſdem iam ſatis inſtructis, & bene præparatis nolle ad hæc uti, nolle ad ullum munus adhibere? immò repellere à gubernaculis Eccleſiarum, arcere, prohibere, deprimere? & nos civeis patriæ ſumus inutiles, οἷς οὐ μέτεστι τῆς κοινῆς πατρίδος? hoccine eorum conſilium fuit, qui everſa Collegia, deletam humanitatem, relligionem ex animis hominum extirpatam volunt? & certè non multùm refert, ſtent an cadant hæc tam præclara monumenta maiorum, ſi iſto modo nobiſcum agitur. quorſum enim ſunt poſita? aut qua ſpe nos in his collocati fovemur? ut quum tantum vigiliarum ſuſcepimus, tãtumq; curarum, miſeri vivamus, & non modò nobis, ſed

me

ne aliis quidẽ prodesse possimus? dabis veniam (vir ornatissime) si de nostris malis dolentèr & liberè conquerimur. horum malorum remedii spes in te, Comes benignissime, atque in aliquot principibus viris sita est: quos non dubitamus velle nobis consulere φειδομένως καὶ προμηθῶς. certè non potestis una re ulla, tam bene de repub. mereri, nec viã ullam faciliorem ad gloriam munire. ad quam alia, per quæ vobis eundum est, ardua sunt. verè enim Simonides, ἐστί τις λόγος τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις Clemẽs Alexan. Strom. 4.
ἐπὶ πέτραις: νύκτα δὲ μὲν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν, οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἐσοπτὸν, ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν μόλῃ: vetus est verbum, virtutem habitare in rupibus excelsis & abruptis: noctem autem celerẽ hanc castã obumbrare regionem, nullis mortaliũ oculis conspicabilẽ, cui non ille animum mordens sudor intus advenerit. cetera sunt igitur difficiliora vobis: unum hoc proclive, illos tueri, quibus nullum est, quum à vestra benignitate discesserint, aliud perfugium: qui rempub. incolumem, vos omnibus rebus auctos & ornatos volunt. Deus Opt. Max. amplitudinem tuam conservet, & quotidie magis magisque omnibus augeat honoribus. Cantabrigiæ è Collegio Sanctæ & individuæ Trinitatis 3. Cal. Octobris. 1593.


Honori tuo deditissimus,

A. D.



fem, feci
dubito n
atos, au
gitatione
tam oper
δάζει, qu
μεσωύ
nas nuga
emo ume
voli, sed
hanc culp
etiam rep
nim tanta
sentarem
gentia no
ac non n
sed hoc
servata
ostender
véque ob
bus pecu
tumvis o
multim
minum a
nes tenea
quid hic o
opere max
fateor, sed
quid nocet
sterilem
tum cuique
vtere ad
ris, & qu
in hac vit
que oten

Ad iuventutem Græcarum literarum *ſtudioſam Cantabrigiæ.*



EGO, qui nihil aliud egi, complures iam annos (optimi iuvenes) ſi quid forté profeci, quám vt vos adiuvarem in hoc literarum genere, vobis vacarem: quique veſtrâ potiſſimum cauſſâ, laborem non gravaté ferebam hæc qualiacunque ſcribendi, periculum in lucem edendi libenter ſubibam, meritò vobis ante alios omneis, mei conſilii rationem notam eſſe volui. quam ſi vos probetis, gratumque habeatis, quod vt vobis prodeſſem, feci ſedulò, quid alii de nobis ſentiant, non laboro. fore enim non dubito nonnullos, qui nos aut nimis otioſos, & malé (quod aiunt) feriatos, aut valdé curioſos eſſe exiſtiment. neque habere quo curas & cogitationes conferam, ἢ ὅπως τὰ ἐμαυτοῦ [illegible], qui in re tantula tantam operam pono, καὶ περὶ τὰ μηδεμιᾶς σπουδῆς ἄξια οὕτως σφόδρα σπουδάζω. quorum ego nec vereor exiſtimationem, & facilé patior τὴν ἀγνωμοσύνην, ſi vel dixerint hic nos, vt inquit ille, magno cum conatu magnas nugas dicere, dum modò (quod ſperamus) hæ nugæ vobis aliquid emolumenti afferant. Multa fortaſſe reprehendent in iſto libello malevoli, ſed vnum hoc maximé, quód in exemplis ſumus ἄπληστοι. verùm & hanc culpam æquo animo ſuſtinebo veſtri commodi cauſſâ, & graviores etiam reprehenſiones feram, ſi eſt ita neceſſe, patienter. Exemplorum enim tanta multitudine, & varietate vſi ſumus, non quó multiplicem oſtentaremus lectionem, diligentiámve laudari ſtuderemus. illa enim diligentia non magnam habet laudem, ſi quis ſua ſponte inanem laborem ac non neceſſarium ſuſcipiat. τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. Soph. Antig. ſed hoc noſtrum conſilium fuit, vt cùm hæc & ſimilia vſu diuturno obſervata haberemus, ſimilem vobis quoque obſervandi viam ac rationem oſtenderemus. nam niſi quis & verborum proprietates diligenter attentéque obſervaverit, & illam elegantiam loquendi, quæ Græcis hominibus peculiaris eſt præ cæteris, acriter curioſéque animadverterit, quantumvis operam [illegible]am, & annos plurimos in hoc ſtudio conſumſerit, nõ multùm tamen proficiet. Tu ſatis te Græcis literis eruditum putas, ſi nominum atque verborum declinationes, & vocabulorum omnium notationes teneas? πολλοῦ γε καὶ δεῖ. hæc minima pars eſt huius laboris. Sed quid hic opus fuit, inquis, tanta copia? nónne hoc idem, quod in hoc opere maximum eſt, demonſtrari potuit paucioribus exemplis? potuiſſe fateor. ſed ex optimis auctoribus optimorũ exemplorum ac ſelectiſſimorũ quid nocet copia? vberem fuiſſe in hoc genere opinor, melius eſt, quam ſterilem. inopia enim nulla ratione ſuppleri potuit. ex nimia copia tantum cuique licet ſumere, quantum vult. offendit exemplorum multitudo? vtere ad rem quanque quám voles paucis. tibi enim ipſe moderari poteris, & quàm pauciſſimis eſſe contentus. quanquám, vt verum fatear, nos in hac vbertate aliud quiddam ſequuti ſumus. in primis enim volui quãque obſervationem meam quám plurimis teſtibus idoneis confirmare.

ni ita fecissem, sciebam esse permultos, qui me insanire, καὶ τετυφῶσθαι dicerent, & hæc ab auctoribus, quæ tam diligenter inculco, temerè dici putarent, nec vllam habere eiusmodi τήρησιν. Sunt enim, qui quantum ipsi intelligunt in re quaque, tantum vtile esse rectumque existimant: quod suum modulum excedit, ἀνωφελὲς καὶ περιττόν. horum igitur gratia (quanquam non admodum digni sunt, à quibus studeas gratiam inire) sed horũ tamen caussà necesse fuit, quidque eorum, quæ notanda putavimus, compluribus testimoniis, & quàm potuimus illustrissimis atque evidentissimis comprobare, vt res esset luce meridiana clarior. nam ita agendum est cũ

Plautus. istis hominibus, quorum non manus oculatæ sunt, vt inquit ille, sed aures is: nihil credunt nisi quod vident. opus ergó fuit τυφλωττόντων ἕνεκα πολλῇ περιφανείᾳ τοῦ πράγματος. ita vsi sumus hac copia, propter illos ipsos maximè, qui reprehensuri sunt hanc copiã. nec tamen verebar ne tenera ingenia vestra rerum multitudine obruerem. primum enim hæc exempla non eó conquisita sunt, vt necesse sit meminisse ea omnia, sed tantum vidisse ac perlustrasse satis est. deinde ita selecta sunt, itáque magna ex parte apta, & nexa alia ex aliis, vt corpus quoddam suum per se efficiant, habeántque ex tanta rerum varietate delectabilem χρηστομάθειαν.

Malorũ series. sed aliquis forsan hìc dicat κακῶν ὅρμαθος, cui vel hæc legere erit labori. quanti igitur laboris fuisse censes, ea colligere, atque componere? ego contrá censeo laboriosum esse miscellanea scribere, cuiusmodi hæc nostra haberi volumus, legere iucundum. res enim varias atque dispersas in vnum cogere, & comportare, perquám gravem habet ærumnam: easdẽ cognoscere collectas, & vno sub aspectu positas intueri, permagnã voluptatẽ. Quod quidem mihi consultó deditáque opera factũ est, vt rem per se nõ nimis iucundam, aliqua suavitate condirem. res enim Grammaticas tractare, non minus certè quam Dialecticas, spinosum atque asperũ est. & hoc erit cuiquam tædio, quod vt tædiũ falleretur, de industria fecimus? Nam si quis existimat, nostris potius & fictis exemplis, quám quæsitis & alienis ad singula illustranda vtendum fuisse, næ ille haud mecum sentit: neque opinor, hoc cuiquam sano probare vnquám poterit. Scio auctorẽ ad

Præfati- [redacted] 4. lib. Herenniũ rem hanc in contrariam sententiã disputare, & suo consilio palmam dare, qui Rhetorica præcepta omnia de ornamentis luminibusque dicẽdi, suis atq; á se excogitatis demõstravit exẽplis: quod alii petitis ab oratoribus præstantissimis faciendũ potius censebant. Sed hoc in Rhetorũ documẽtis, fieri fortasse melius potuit: in iis autẽ quæ Grãmatici docent, dispar omnino ratio est. horũ enim est omne opus in bonis auctoribus cognoscẽdis: nec tam ad vllam rem eorum ars valet, quàm ut ea, quæ difficilius aut elegantius á quoque dicuntur, observent & exponant. itáque illi scripta aliorum quam diligentissimè pervolũtant: ex eiisque delibant, quæ sunt vsui, & optima quæque decerpunt. deniq; quid nos aliud hac professione agimus, quàm vt vtriusque linguæ, collatis vtrinque auctoribus proprietatem vsumque doceamus? Sed nec hoc facilé ne in Rhetorico quidem artificio melius esse concesserim, quod ille auctor tantopere contendit: commodiusque eum existimo fuisse facturum, si quum posset, ab Ennio sumpta, aut a Graccho posuisset exẽpla, vt nos à Demosthene & Cicerone atq; aliis, quoties huiusce artis locũ tractamus aliquem. quanquã nostra, qui explanamus orationes, ratio diversa est, atque eorũ, qui artem tradere

institu-

instituunt: illi enim ea, quæ tradidêre præcepta, exemplis illustrant vel suis, vel alienis: nos ad ea, quæ in his invenimus, exempla, illa Rhetorum præcepta accommodamus. Sed sive hoc, sive illud sit melius & verius, certé non minus industrii sunt, qui paratis & inventis sine suo labore ab alijs, vti maluerunt: nam primùm multa oportet colligere: dein pauca eligere de multis, si curas non quod obvium, sed quod ad rem quanque aptissimum est, sumere: in quo non minor est iudicii laus, quám industriæ. Sed hic rursus idem ille auctor negat esse quicquam laude magnopere dignũ. quid *hic* inquit *dicitis difficile? vtrum laboriosum, an artificiosum? si laboriosum, non statim præclarũ. sunt enim multa laboriosa, quæ si faciatis non continuò gloriemini. nisi fortè si vestra manu fabulas, aut orationes totas transcripsissetis, gloriosum putaretis. sin autem istud artificium egregium dicitis: videte, ne insueti rerum maiorum videamini, si vos parva res, sicuti magna delectat. nam isto modo eligere rudis quidem nemo potest: sed sine summo artificio multi*. hæc ille. at ego hìc nec artem sine labore, nec laborem sine arte aio multum valere. idem vtrunque coniunctum (alterum enim per se debile est) affirmo plurimum posse, & laudem mereri maximam. vtramq; autem rem nos mediocriter præstitisse, spero non negaturos, qui hæc viderint. ac de labore quidem constat, quam sit operosum, tam multa ex variis lectionibus, tam latè sparsa in vnum redigere: nisi si quis me putet ea memoria esse, qua nemo vnquàm fuit. artificio autem hic non minore opus fuisse quivis facilé sentiat. Quis est enim qui nisi summè teneat artem, possit ea, quæ sunt artis, & quæ iubeat ars, de tanta tamq; diffusa scriptura notare & separare. at is, qui & omnia novit, & idonea maximé eligit, atque ad singula accommodat quod aptissimè convenit, necesse est eius rei summus sit artifex. Ac maximam quidem partem operæ, atque artificii nostri in re Grammatica consumsimus. id enim vobis, quibus hæc scripsi, vtilius esse ducebam. sed quandoq; etiam nonnihil hausimus de rhetorum fontibus & disciplina: in qua re & magna inest ex varietate iucunditas, & ita necesse fuit, quum rhetorem tractaremus. rudiores enim quum legunt orationes bonas, aut poemata, probant oratores & poetas, neque intelligunt, qua re commoti probent, quod scire non possunt vbi sit, nec quid sit, nec quomodo factum sit, quod eos maximè delectet. id enim arte & ratione quadam sciatur necesse est. ars porrho latet, nisi sit qui eius omneis locos & latibula indicet, ac caussam rei cuiusque aperiat. *δι' ὃ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν οἵ τε διὰ συνήθειαν, καὶ οἱ ἀπὸ ταὐτομάτου, τὴν αἰτίαν θεωρεῖν ἐνδέχεται*. hoc autem iam omneis consitentur artis opus esse, inquit magnus ille auctor. Arist. 1.
Quod nos pro virili in hoc opere fecimus, & tum *αἰτίας ταύτας τεθεωρήκαμεν*, quoties animadversione dignum aliquid occurrebat, tum in vtraque arte itinera ipsa demonstravi, non vt ipse dux essem, quod & infinitum est, & non necessariũ: sed vt commonstrarem tantùm viã, atque vt fieri solet, digitu ad fonteis intenderẽ. *ἐπεὶ καὶ τοῖς ὁδὸν ἐπιοῦσιν, ἣν οὐκ ἴσασιν, ἀρκεῖ τὴν φύσιν ὑποσημαίνειν μόνον*, inquit Clemẽs Alexãdrinus. neq; enim si quid scribemus posthac, ad illud scribemus exemplũ. ita enim colere tantis sumtibus, & tanto labore non expediret. vos hinc facilè potestis exemplum sumere, & *ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι* omniũ veterũ scripta eisdem Rhet.
vestigiis

Ad Herénium 4.

vestigiis peragrare. nam hæc sibi quenque colligere & observare est vtile: multa huius generis edi, non opus est. Quòd si cui videar, ostentare ingenium aut lectioné magis quã artem ostendere, & ego ab hac ambitione tam longè, quàm quivis alius, absum, & is me libenter fecisse arbitratur, quod feci necessario. sunt enim, vt suprá dixi, qui artem nullam & nusquã esse existiment, & quod artificiosè, & de industria bonus orator dixerit, temeré & fortu[illegible] [illegible]tum putent. quibus, si quid audierint, quod ipsi non [illegible] fabula narrari videtur. his vnum aut alterum exem[illegible] [illegible]sfecisset: multitudine eripiendus fuit his error. quan[illegible] vt Anaxagoras, οἱ μαγόμενοι τοῖς φανεροῖς, οὐ λόγων δέοντα μ[illegible] [illegible] nec operæpretium est cum stupidis disputare, qui aut nive[illegible] [illegible] aut negant interdiu lucere, & diem esse. hoc igi[illegible] [illegible]emplorum appositione, si forte apposita sunt, consecuti sumus, aut volumus certè consequi. Sed quum viderem, non aridum quidem, aut iniucundum fore scribendi genus, si hoc tantummodó fecissem, sed paucos esse qui ista intelligerent, aut legere curarent, censui πολλὰ τῶν ἐγκυκλίων admiscenda, & locos communeis omneis ferè qui incidebant, prolixius, quám erat necesse, tractandos. quod quidem ad officium prælectoris minus pertinere intelligebam. sed vt illum laborem ἐκ περιουσίας, vestra gratia libenter suscepimus, qui estis φιλέλληνες: sic istum non tam necessarium eorum causa, qui his quidem literis non admodum delectantur, ab aliis autem non nimis abhorrent. nam nunc, tantùm scribere Græcarum literarum studiosis adolescentibus, apud nos certé Typographo non expedit. an quia honores, & præmia desunt huic studio? quid cæteræ disciplinæ? nonne omnes æquè contemtæ, & abiectæ iacent? disciplinas dico? quid virtutes pæné omnes? quibus maior semper honos iure habitus est, quàm vllis artibus, ἢ παραπλήσια πράττουσι; communis hæc iam omnium querela, non verum, iustum, atque honestum laborem, honoribus præmiis atque splendore decorari: vitia autem hominum atque fraudes ἐν πᾶσι πλεονεκτεῖν. sed hæc & antehàc sæpe vobiscum egimus, ac magno dolore cõque i sumus, & posthac erit agendi locus. Nunc, dum & vestris studiis studui inservire, & ceteris etiam satisfacere, videtis de re quantula quantum volumen effectum est. quod vereor ne multi reprehendant, & dicant ædificium non esse extructum pro ratione fundamenti: majoremque in ædificatam esse molem, quám posse videatur hæc tam brevis oratio sustinere. sed hij ne nos putent ad hanc orationculam commentariolum, nescio quem, voluisse edere. hoc enim levissimum opus fuisset, & dignum non modó meo, sed ne cujusquam quidem studio. sed una oratiuncula voluimus ostendere, quid in magno volumine effici potuit; si quis hanc infinitatem persequi vellet: quod Budæũ fecisse in commentario videmus: post eum neminem simile opus aggressum. quod majore cum fructu fieri potuit, quám si quis studiosus antiquitatis prisca aliquot, atque obsoleta verba, vetustatis situ squallentia, de tenebris eruat, quæ mater Evandri fortasse non novit: quæ nec facilè cognosci queunt, & cùm cognoveris, quem vsum habent? vt enim numis, sic nominibus non priscis vtimur, sed quæ sunt nostri seculi, vsusque communis, sed quibusdam summa eruditio

est

est, id scire, quod nemo alius. delectat, inquis, antiquitatis effigies. quid hi delectet? sed iis, quæ tantùm delectationem habent, tum studemus animi caussa, quum gravioribus studijs, & necessariis satisfecimus. vt qui iam legali, vt vocant, moneta abundant, & cæteris rebus locupletes sunt, avent videre, atque habere veterum imperatorum numismata. sed quæ nunc ista multorum perversitas, hæc negligere, quæ fructum vsumq; habent quotidianum: illa autem tam studiosè quærere, quorum vsus quidem nullus est, quærendi labor non minus difficilis? non illum laborem improbo, sed hunc antepono, καὶ πρέργου μᾶλλον ἡγοῦμαι. *Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,* καὶ τῶν κατεπειγόντων. Virg.

ὅτῳ δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα
κεῖνος τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε. Soph. Aiace.

Affert igitur hic liber multarum & variarum rerum πανσπερμίαν, & est quasi parvus aliquis γραμματεὺς ἢ εἰρεσιώνη: ad quam foribus suis præfixam acclamare solebant Athenienseis

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.
Et ficum & pingues fert panes Iresione.
Mel dulce, atque oleum, quo quis iuvet arida membra.

Erat autem ramus olivæ, quem vellere obvolutum, & cuiusque generis fructibus onustum, boni ominis caussa cùm εὐετηρίαν præcarentur, pro foribus suspendebant: vt docet Scholiastes Aristophanis. En vobis etiam τὴν ἀπηνθισμένην προσφορὰν, de qua Sophocles.

ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δ' ἀμπέλου deliba-
σπονδή τε, καὶ ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη. tam ob-
ἐνῆν δὲ παγκαρπία συμμιγὴς ὀλαῖς. latioñe.
Λίπος τ' ἐλαίου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Erat quidem ovis vellus, erat & vitium libamen, atque acinus bene conditus: inerat omnis fructus generis cuiusque commistus hordeis, & & cum adipe olivi, variũ illud flavæ apis fingendorũ favorum opus. Sed apes, vt inquit Simonides, ξανθὸν μέλι μηδομέναι, quæ collegêrunt in illum saporem, mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutant: denique quicquid attulêre, disponunt, ac per favos digerunt: & (vt Poeta ait)

liquentia mella Sen. ad
Stipant, & dulci distendunt nectere cellas. Lucil.

Nos, quæ collegimus, integra vt erant, proposuimus: in vnum saporem varia illa libamenta confundere non potuimus. connexionem tamen atque ordinem ingenij nostri cura & facultate addidimus. cæterum vndique colligentes atque carpentes non modò quasi cellas, repleuimus communes illos locos, sed etiam distendimus: quos potestis vos quidẽ, si minus placent, præterire. non enim vobis scripsi sed aliis, οἷς ἂν τῆς πραγματείας ταύτης ἐπαΐωσι. Sed forsan dum omnibus placere studeo, nullis placeo. sed iacta est alea. Nunc pauca nobis dicenda sunt de Lysia nostro: quem voluimus Demosthenis πρόδρομον esse, vt est superior ætate. nam ad Demosthenem quoque non tanto cum labore, maiori tamen cura aliquid edere decrevimus, si hæc grata vobis atque aliis esse sentiemus,

mus. hunc igitur placuit eius adventum antecedere, qui prius omnia exploraret, atque animos hominum perſpiceret, paratine erent pro dignitate, tam magnificum oratorem excipere. nam temere in vulgus & turbam nolui committere, τὰ μὴ δοκιμασθέντα ἀπελθεῖν. quanquam ille, cùm viveret, potuit facillimé eloquentia ſua quamlibet inconditam multitudinem regere, & quò vellet, ducere. ſed nunc illi ſuos amatores video deeſſe, & vbiq; feré iacêre neglectum: quod me quidem incredibili dolore excruciat. vt igitur imperatores ſolent, prius periculis obiicere indigniores: ſic nos voluimus hoc diſcrimen cerni in Lyſia. de quo multa habeo dicere: ſed ad hoc tam exiguum opus non eſt neceſſe eius omnes dicendi virtutes perſequi. vt taceam cetera, vnum hoc ſatis eſt, quòd eum Cicero non dubitavit dicere pæne alterum Demoſthenem. Quantus orator ſit, Dionyſius Halicarnaſſeus fuſè explicat. cuius vnum aut alterum ponam teſtimonium. ſic igitur ille, ὁμοίως τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν, πλεῖστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει. nam illi veteres, multa poetarum more dixêrunt, crebris tranſlationibus, atque alijs tropis vti, quò imperitos admiratione percellerent. Gorgias quidem Leontinus in multis adhibuit, vt teſtatur idem Dionyſius, τὴν φορτικὴν καὶ ὑπέρογκον κατασκευὴν, οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος. quod nunc video facere nonnullos prava quadam æmulatione antiquitatis amatores, qui ſe eloquétiæ nomine pulchros & beatos putant: ſed an hoc non ſit, frugibus inventis velle adhuc glande veſci, ipſi viderint. meo certè palato omniumq; opinor, qui in his rebus aliquid ſapiunt, & intelligunt, nunquam ſuas delicias probabunt. quorum auctoritate multos veſtrum (adoleſcentes optimi) ſentio iamdudum tranſverſos abripi: & novum hoc affectare dicendi genus, quod eſt re vera vetus & obſoletum. ſed ſiquid mea apud vos valet auctoritas, ne porrho faciatis hortor & moneo: atque orſa veſtra in melius dum poteſtis, & tempus eſt, reflectatis. hoc igitur fecerunt, veteres illi: ſed Lyſias noſter eiuſdé feré ætatis, non προαιρέσεως, hoc genus non probavit: proprijſq; verbis & vſitatis, atque é medio ſumtis hoc aſſecutus eſt, vt quum idiotarum ſimilis videretur plurimum tamen diſtaret idiotis: & cùm conſueto omnium more loqueretur, novam tamen, & tum inuſitatam dicendi rationem primus induceret (quod Cicero gloriatur ſe primum in ſuo ſermone feciſſe) & primus conderet recentiorem Atticiſmum. nam veteris illius auctores nunc habemus tantùm Platonem & Thucididem: Xenophon in hoc genere parcior. princeps autem Lyſiam Iſocrates imitatus eſt: deinceps alij omnes. ſed ille princeps, proximè tamen accedit: verum ita vt ab ἀρχαϊσμῷ teſte Dionyſio plurimum abeſſe videatur. idem Dionyſius de Lyſia. Nihil apud hunc oratorem eſt, quód meritò poſſit ἀκυρολογίας aut ἀσαφείας δόξαν λαβεῖν. quod ij fatebuntur, inquit, qui virum habent in manibus. cuius rei cauſa eſt, ὅτι οὐ τοῖς ὀνόμασι δουλεύει τὰ πράγματα παρ᾽ αὐτῷ, τοῖς δὲ πράγμασιν ἀκολουθεῖ τὰ ὀνόματα. quod non nominibus inſerviunt res apud eum: ſed res ſequuntur nomina. τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μιμεῖσθαι λαμβάνει. ornatum autem habet, non in eo quód immutat, ſed in eo, quód imitatur idiotam. harum virtutum, vt aliarum omnium, quæ ſunt huius propriæ (non enim neceſſe eſt nunc omneis enumerari) vel hæc vna oratio ſpecimen dabit illuſtre. tantum ne præiudicio ſit noſtro ora-

tori, quód eius λόγον ἐρωτικὸν Plato gravissimus auctor irridet in Phædro (eundem enim puto fuisse Lysiam) hic enim toti Rhetorum nationi inimicior est. Nunc vos obtestor (adolescentes) si vobis carus est vester honos & gloria, vt Lysiam, Demosthenem, Ciceronem, omneisque qui sunt horum similes, ceteris, vt heroas, anteponatis: hos ametis, hos optetis quos imitemini, in his dies noctesque elaboretis. ita fructus brevi percipietis (confirmo) dignos labore, dignos studio vestro. νέων δὲ μέριμναι πόνοις ἑλισσόμεναι, δόξαν εὑρίσκοντι, iuuenum curæ, laboribus & vigiliis evolutæ gloriam inueniunt, inquit Pindarus. Ab aliis autem, quorum hæc in manus pervenerint vitia omnia deprecor, erratis veniam posco, quæ multa, præsertim in accentibus & punctis, partim nostra, partim Typographi incuria video esse commissa. Valete. III. Calend. Octobris. ∞ IↃ XCIII.

Vestris studiis deditissimus,

A. D.



Laudarent aliqui meum libellum:
Laudari metuit malus libellus.
Nec laudem ambio, gloriámve inanem:
Nec nunc si levis ambiam, mererer.

Martialis in Detractorem.

Ne perdas operam: qui se mirantur in illos
Virus habe. nos hæc novimus esse nihil.

Idem & ego de meis dico nugis, quod ille de suis.

Prætereas, si quid non facit ad stomachum.

In summa autem ex his, cuiuscuiusmodi sunt, discas verum esse illud Simonidis

γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

Non fœmina vir melius aut bona sibi
Quæsierit unquam, aut improba quid tristius.

Hesiodus.

οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο,
δειπνολόχης. ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
εὕει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.

Nulla potest homini melior contingere præda
Quàm mulier bona, nec contrà malâ amarior ulla,
Cœnatrice. virum hæc quamvis fortemq́, bonumq́,
** Torruit absq́, face, & senio dedit improba * acerbo.*

*nempe curis & augoribus.
*imma- [illegible]


vide Simonidis fragmentum egregium de variis mulierum ingeniis, additum Pindaro.

Argumentum orationis.




Rgumenta orationibus Lysiæ, nullus adhuc inventus est, qui præfigeret. argumentum huius orationis, & caussa, quæ nunc agitur, hæc est. Euphilêtus suscipiendorum liberorum cupidus, vxorem duxerat. cum ea adolescens quidam nomine Eratosthenes, clàm viro cõsuetudinem habebat. vir, re cognita, adolescentem per insidias opprimit, & domi suæ cum vxore deprehensum obtruncat. fit reus à propinquis adolescentis, & caussam dicit de cæde capitalem. Lysias hanc orationem ei, quam pro se haberet, composuit. neque enim ipse versatus est in caussis forensibus, vt Cicero testatur: quàm plurimas tamen orationes aliis scripsit, in quibus & Socrati, cùm ab accusatoribus in capitis iudicium vocaretur: sed ille eius orationem, quamvis elegantem, & bene compositam, quia non erat virilis, vt Sicyonios calceos, repudiavit. atque 1.de Orat.
hæc rei summa est, qua de nunc agitur. nam argumenta vt fabularum, sic orationum perbrevia esse debent: & quæ desiderium audientis, aut legentis commoveant magis, atque irritent, quam expleant. vult enim lector aliquid præscire, ne rem penitus ignoret: non omnia, ne ipsam orationem legere non curet. denique tantum de caußa vult antè intelligere, non quantum satiet, sed quod avidiorem faciat rei cognoscendæ. status quæstionis totus est coniecturalis, in quo de facto quæritur: non occideritne: id enim fatetur, quod non potuit negare: sed fueritne in adulterio comprehensus. quod si constiterit nullum potest esse de


*iure certamen . nam accuſatoris intentio eſt, hominē occidiſti : itaque ipſe es ob tantum facinus morte multandus . rei depulſio ; iure occidi : itaque non ſum vllo ſupplicio dignus. (Græci intentionem & depulſionē vocant προβολὴν & ἀντιπροβολήν.) Sed non ſatis eſt dicere , iure occidi: ratio eſt aliqua, quâ ius ſuum tueatur , & quæ cauſſam contineat, addenda. quænam eſt igitur ratio defenſionis , quâ nititur ? Iure occidiſſe me dico : fuit enim adulter : & eum domi meæ cum vxore egomet deprehendi. Eſt igitur τὸ κρινόμενον, hoc eſt, vt in Topicis Cicero interpretatur , Q*ua de re agitur *, fueritne adulter Eratoſthenes , & fueritne cum vxore Euphileti in illius domo deprehenſus. nam ſi fuit, impunè illum licuit occidere : ſi non fuit, non licuit . hæc autem facti quæſtio eſt , & coniecturis rei veritas indagatur . hoc tolle, iam nulla de iure eſt honeſta ratio: nec habebit reus, quo ſuum facinus defendat. Huiuſce igitur cauſſæ ſtatus idem eſt, atque illius pro Milone. Occidiſti Clodium. iure occidi: fuit enim inſidiator, & vitæ meæ fecit inſidias. illud ergo veniebat tum in iudicium, de quo iudices pronuntiare oportebat, vter vtri inſidias fecit : quod totum in coniecturis ponitur. Quidam ſtatum , continens , id eſt, τὸ συνέχον τὴν αἰτίαν , & iudicationem, id eſt τὸ κρινόμενον (ſic enim Fabius appellat) idem eſſe volunt, vt idem Quintilianus docet.*







ΛΥΣΙΟΥ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑ-τοσθένους φόνου ἀπολογία.



ΕΡΙ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιούτους ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, οἷοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ ἦτε τοιαῦτα πεπονθότες. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε ἥνπερ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοίη· ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδευόντων τὰς ζημίας * μακρὰς ἡγεῖσθε. καὶ ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος, καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται· ὥστε τὸν χείριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δεινοτάτην ἡγοῦνται. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐδένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅστις οἴεται δεῖν συγγνώμης τυγχάνειν, ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους. ἡγοῦμαι δέ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε,

Μ. μικρὰς ἡγοῖσθε

καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς ἤσχυνε, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν, εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν, πλὴν ταύτης. οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενός, πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.

Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων ἀλλὰ λέγων τἀληθῆ. ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν δυνηθῶ ἅπαντα τὰ πεπραγμένα. ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι, καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην, ὥστε μήτε λυπεῖν, μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι, ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν· ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τ' ἦν, καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν. ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον ἤδη, καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη (καὶ γὰρ οἰκονόμος δεινή, καὶ φειδωλὸς ἀγαθή, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα.) ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κακῶν ἀποθανοῦσα αἰτία μοι γεγένηται. ἐπ' ἐκφορὰν αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνή, ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται. ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν, καὶ λόγους προσφέρων ἀπώλεσεν αὐτήν. πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες (δεῖ γὰρ καὶ ταῦθ' ὑμῖν διηγήσασθαι) οἰκίδιον ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν. ἵνα δὲ μή, ὁπότε λοῦσθαι δέοι, κινδυνεύοι κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀ-

πήει

πῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ, μὴ βοᾷ. καὶ ταῦτα πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα· ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥστε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, τὸ παιδίον ἐβόα, καὶ ἐδυσκόλαινεν, ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, ἵνα ταῦτα ποιῇ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν (ὕστερον γὰρ ἅπαντα ἐπυθόμην) καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον, καὶ δοῦναι τῷ παιδὶ τὸν τιτθόν, ἵνα παύσηται κλαῖον· ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με ἑορακυῖα ἥκοντα διὰ χρόνου· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπιέναι, Ἵνα σύ γε (ἔφη) πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἷλκες αὐτήν. Κἀγὼ μὲν ἐγέλων· ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν, προσποιουμένη παίζειν, καὶ τὴν κλεῖν ἐφέλκεται. κἀγὼ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος, οὐδ' ὑπονοῶν, ἐκάθευδον ἄσμενος, ἥκων ἐξ ἀγροῦ. ἐπειδὴ δὲ ἦν πρὸς ἡμέραν, ἧκεν ἐκείνη, καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. ἐρομένου δέ μου τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων ἀνάψασθαι. ἐσιώπων ἐγώ, καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἡγούμην. ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας. ὅμως δ' οὐδ' οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ τοῦ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχόμην ἔξω σιωπῇ. μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ διαγενομένου, καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν, προσέρχεταί μοι τις πρεσβῦτις ἄνθρωπος, ὑπὸ γυναικὸς ἐπιπεμφθεῖσα ἣν ἐκεῖνος

ἐμοί-

ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον ἤκουον· αὕτη δὲ ὀργιζομένη, καὶ
ἀδικεῖσθαι νομίζουσα ὅτι οὐκ ἔτι ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐ-
τήν, ἐφύλαττεν, ἕως ἐξεῦρεν ὅ, τι εἴη τὸ αἴτιον. προσελ-
θοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς, ἐπι-
τηροῦσα, Εὐφίλητε (ἔφη) μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ
Π. πρὸς σε. προσεληλυθέναι με νόμιζε * πρὸς σοῦ. ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑ-
βρίζων εἰς σὲ καὶ τὴν γυναῖκα, ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει.
ἐὰν οὖν λάβῃς τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς ἀγορὰν βαδίζουσαν, καὶ
διακονοῦσαν ὑμῖν, καὶ βασανίσῃς, ἅπαντα πεύσῃ. ἔστι δ'
*γρ. οἴηθεν. (ἔφη) Ἐρατοσθένης * οἴκοθεν ὁ ταῦτα πράττων, ὃς οὐ μό-
νον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλάς·
ταύτην γὰρ τὴν τέχνην ἔχει. ταῦτα εἰποῦσα, ὦ ἄνδρες,
ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη. ἐγὼ δὲ εὐθέως ἐταραττόμην· καὶ
πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει· καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας, ἐν-
θυμούμενος μὲν ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ, ἀνα-
μιμνησκόμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέ-
ταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος, (ὃ οὐδέποτε ἐγένετο) ἔδοξέ
τέ μοι ἡ γυνὴ ἐψιμμυθιῶσθαι. ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν
γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας, ἐλθὼν δὲ οἴκαδε,
ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν·
ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τῶν ἐπιτηδείων τινά, ἔλεγον ὅτι
ἐγὼ πάντα εἴην πεπυσμένος τὰ γινόμενα ἐν τῇ οἰ-
κίᾳ. σοὶ οὖν (ἔφην) ἔξεστι δυοῖν ὁπότερον βούλει ἑλέσθαι
ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν, καὶ μηδέποτε
παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ κατειποῦσαν
ἅπαντα τἀληθῆ, μηδὲν παθεῖν κακόν, ἀλλὰ συγγνώμης
παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν ἡμαρτημένων. ψεύσῃ δὲ μηδέν, ἀλλὰ
πάντα τἀληθῆ λέγε. κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος
ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ, τι βούλομαι· οὐδὲν γὰρ εἰδέναι·
ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτήν, καὶ
εἶπον ὅτι οὗτος ὁ φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη,

ἡγησα-

ἡγησαμένη με πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. καὶ τότε ἤδη πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακὸν, κατηγόρει· πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ προσίοι, ἔπειτα ὡς αὐτὴ τελευτῶσα εἰσαγγείλειε· καὶ ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ πεισθείη καὶ τὰς εἰσόδους, οἷς τρόποις προσίοι· καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος, ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου· καὶ τἆλλα τὰ γενόμενα πάντα ἀκριβῶς διηγήσατο. ἐπειδὴ δὲ πάντα εἴρητο αὐτῇ; εἶπον ἐγὼ, Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πεύσεται· εἰ δὲ μὴ, οὐδέν σοι κύριον ἔσται τῶν *πρὸς ἐμὲ ὡμολογημένων. ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι. ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων· ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴπερ οὕτως ἔχει· ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν. καὶ μετὰ ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι τέσσαρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω. πρῶτον δὲ διηγήσασθαι βούλομαι τὰ πραχθέντα τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ. Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος· τούτῳ ἡλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντησα. εἰδὼς δ' ἐγὼ ὅτι τηνικαῦτα ἀφιγμένος, οὐδένα ἂν καταλήψοιτο οἴκοι τῶν ἐπιτηδείων, ἐκέλευον συνδειπνεῖν. καὶ ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκεῖνος μὲν ἀπιὼν ᾤχετο, ἐγὼ δὲ ἐκάθευδον. ὁ δ' Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες, εἰσέρχεται· καὶ ἡ θεράπαινα ἐπεγείρασά με εὐθὺς, φράζει ὅτι ἔνδον ἐστί. κἀγὼ εἰπὼν ἐκείνῃ ἐπιμελεῖσθαι τῆς θύρας, καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦμαι εἰς τὸν καὶ τὸν· καὶ τοὺς μὲν ἔνδον κατέλαβον, τοὺς δὲ οὐκ ἐπιδημοῦντας εὗρον. παραλαβὼν δ' ὡς οἷόν τε πλείστους ἐκ τῶν παρόντων, ἐβάδιζον. καὶ δᾷδας λαβόντες ἐκ τοῦ ἐγγύτατα καπηλείου, εἰσερχόμεθα, ἀνεῳγμένης τῆς θύρας, καὶ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης. ὤσαντες δὲ τὴν θύ-

* Μ. πρὸς σὲ ἐμοὶ ὡμολ.

ραν

ἐν τοῦ δωματίου, οἱ μὲν πρῶτον εἰσιόντες, ἔτι εἴδομεν αὐτὸν κατακείμενον παρὰ τῇ γυναικί· οἱ δ' ὕστερον, ἐν τῇ κλίνῃ γυμνὸν ἑστηκότα. ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, πατάξας καταβάλλω αὐτόν, καὶ τὼ χεῖρε περιαγαγὼν εἰς τοὔπισθεν, καὶ δήσας, ἠρώτων διὰ τί ὑβρίζει εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος· ὃν σὺ παραβαίνων, περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσας, καὶ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμούς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, καὶ κόσμιος εἶναι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν, ὧνπερ καὶ νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας· οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγών, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι· (πῶς γὰρ ἄν, ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ πληγεὶς κατέπεσεν εὐθύς;) περιέστρεψα δ' αὐτοῦ τὼ χεῖρε. ἔνδον δὲ ἦσαν ἄνθρωποι τοσοῦτοι οὓς διαφυγεῖν οὐκ ἠδύνατο, οὔτε σίδηρον, οὔτε ξύλον, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων, ᾧ τοὺς εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο. ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οἶμαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι οἱ μὴ τὰ δίκαια πράττοντες, οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἐχθροὺς λέγειν τἀληθῆ· ἀλλ' αὐτοὶ ψευδόμενοι, καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι, ὀργὰς τοῖς ἀκούουσι κατὰ τῶν τὰ δίκαια πραττόντων παρασκευάζουσι. πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

Οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει ἀδικεῖν· καὶ ὅπως μὲν μὴ ἀποθάνῃ ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευεν, ἀποτίνειν δ' ἕτοιμος ἦν χρήματα. ἐγὼ δὲ τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, τὸν δὲ τῆς πόλεως νόμον ἠξίουν εἶναι κυριώτερον· καὶ ταύτην ἔλαβον τὴν δίκην, ἣν ὑμεῖς δικαι-

οτάτην

στάτην εἶναι ἡγησάμενοι, τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἐτάξατε. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαρρήδην εἴρηται, τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν, ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. καίτοι δῆλον ὅτι εἴ τινα εἶχε ταύτης μείζω τιμωρίαν ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς, ἐποίησεν ἄν· νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνεσθαι. ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

Ἀκούετε ἄνδρες, ὅτι κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλοῦν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δὲ γυναῖκας ἐφ' αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι, ἢ τοὺς πείθοντας. τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην· ἡγούμενος, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι· καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι, ὁποτέρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν μοιχῶν. ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον

τιθείς,

πεισθεὶς, θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν. ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν δίκην λαμβάνειν· ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ, πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. ἐγὼ γὰρ οἶμαι πάσας τὰς πόλεις διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι, ἵνα περὶ ὧν ἂν πραγμάτων ἀπορῶμεν, παρὰ τούτους ἐλθόντες σκεψώμεθα ὅ, τι ἡμῖν ποιητέον ἐστίν. οὗτοι τοίνυν περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται, οἷς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν. εἰ δὲ μὴ, τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὥς καὶ τοὺς κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι· εὖ εἰδότας ὅτι ἐὰν ταύτην τὴν αἰτίαν περὶ ἑαυτῶν λέγωσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι, οὐδεὶς αὐτῶν ἅψεται. πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τοὺς μὲν νόμους τῆς μοιχείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ψῆφον ὑμετέραν δεδιέναι. αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη. σκέψασθε, ὦ ἄνδρες. κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετελθεῖν ἐκέλευσα τὸν νεανίσκον· ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, δίκαιον ἐμὲ ἂν ποιεῖν ἡγούμην, ᾡτινιοῦν τρόπῳ τὸν τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν διαφθείροντα λαμβάνων. εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων, ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου, μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον, ἠδίκουν ἄν· εἰ δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων, καὶ πολλάκις εἰσεληλυθότος εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν, ᾡτινιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτὸν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην. σκέψασθε δὲ ὅτι καὶ ταῦτα ψεύδονται. ῥᾳδίως δὲ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε. ἐμοὶ γὰρ, ὦ ἄνδρες (ὥσπερ καὶ πρότερον εἶπον) φίλος ὢν * Σώστρατος καὶ * οἰκείως διακείμενος, ἀπαντήσας ἐξ ἀγροῦ περὶ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει. καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπιὼν ᾤχετο. καίτοι πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε, ὅτι εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ

*γρ. Σώστρατος. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος.
*γρ. οἰκεῖος.

ἐγὼ

ἐγὼ ἐπεβούλευον Ἐρατοσθένει, πότερον ἦν μοι κρεῖττον αὐτῷ ἑτέρωθι δειπνεῖν, ἢ τὸν συνδειπνήσοντα εἰσαγαγεῖν. οὕτω γὰρ ἂν ἧττον ἐτόλμησεν ἐκεῖνος εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν, τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς, μόνος καταλειφθῆναι, καὶ ἔρημος γενέσθαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μένειν, ἵνα μετ᾽ ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο; ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ᾽ ἡμέραν παραγγεῖλαι. καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς οἰκίαν τῶν φίλων τὴν ἐγγυτάτω μᾶλλον, ἢ ἐπειδὴ τάχιστα ᾐσθόμην, τῆς νυκτὸς περιτρέχειν, οὐκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι καταλήψομαι, καὶ ὅντινα ἔξω; καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας (οὐ γὰρ ᾔδειν) ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον· οὓς δ᾽ οἷός τε ἦν λαβὼν, ἐβάδιζον. καίτοιγε, εἰ προῄδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι, καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι, ἵν᾽ ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσῄειν (τί γὰρ ᾔδειν εἴ τι κἀκεῖνος εἶχε σιδήριον;) ὡς μετὰ πλείστων δὲ μαρτύρων τὴν τιμωρίαν ἐποιούμην; νῦν δ᾽ οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἐσομένων ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, οὓς οἷός τε ἦν παρέλαβον. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· σκέψασθε δὲ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς οὕτως περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ζητοῦντες εἴ τις ἐμοὶ καὶ Ἐρατοσθένει ἔχθρα πώποτε γεγένηται, πλὴν ταύτης. οὐδεμίαν γὰρ εὑρήσετε. οὔτε γὰρ συκοφαντῶν γραφάς με ἐγράψατο, οὔτε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεχείρησεν· οὔτε ἰδίας δίκας ἐδικάζετο, οὔτε συνῄδει κακὸν οὐδὲν, ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται, ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι. οὔτε, εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζον μὲν χρήματα λήψεσθαι. ἔνιοι γὰρ τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. τοσούτου

τοίνυν

τοίνυν δεῖ ἢ λοιδορία, ἢ παροινία, ἢ ἄλλη τις διαφορὰ ἡμῖν γεγονέναι, ὥστε οὔτε ἑωρακὼς ἦν τὸν ἄνθρωπον πώποτε πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. τί οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; ἔπειτα παρακαλέσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι, εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι; Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης. οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν * ἐὰν δὲ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν, πολλὴν * ἄδειαν ποιήσουσι. πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον ἢ ὑπὸ τῶν νόμων τοὺς πολίτας ἐνεδρεύεσθαι, οἳ κελεύουσι μέν, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ,τι ἂν βούληται χρῆσθαι· οἱ δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθεστήκασιν, ἢ τοῖς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος καὶ περὶ τῶν χρημάτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω, ὅτι τοῖς πόλεως νόμοις ἐπειθόμην.

*καὶ γὰρ ὑμᾶς ὁρ.

*ὁρ. γρ. ἴσ' ἄδειαν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν εἶπε Τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε.



LYSIÆ PRO CÆDE ERATOSThenis defensio Latinè reddita *ab A. D.*



MAgni facerem, & multo redimerem, o viri, tales vos mihi iudices obtigisse de isto negotio, quales vobismet essetis ipsi, si pariter læsi fuissetis. nam sat scio, si eundem animum de aliorum iniuriis habeatis, ac si vestra res esset, neminem fore, qui non ea quæ facta sunt, graviter ferat: atq; vnusquisq; vestrum pœnas, quæ sunt in eos legibus constitutæ, qui delectãtur eiusmodi studiis, exiguas ducat. neq; hæc ita apud vos, modò sancîta sunt, sed idē ius est in vniversa Græcia. de hoc enim solo scelere sive penes populū, sive inter paucos sit summū imperiū, et summa rerū potestas, idē suppliciū redditū est imbecilioribus adversus potẽtissimos: ita vt summus atq; infimus quisq, eodē iure teneatur. ⁎ adeò, o viri, istud flagitiū omneis homines atrocissimū habent. quãobrem de magnitudine pœnæ existimo vos omneis idē sentire: nec quenquã adeò sine affectu, curaq; esse, qui putet oportere eos veniã cõsequi, aut mediocri pœna dignos esse, qui eiusmodi facinora perpetrãt. Sed meū esse, iudices, arbitror, hoc planum facere, Eratosthenē cõstuprasse vxorē meam, & tum corrupisse illam, tum liberos meos dehonestasse

Iudices facit attentos à sceleris magnitudine: & simul id agit ne supplicium gravius existiment, quam flagitiū.

nestasse: mihi deniq; ipsi imposuisse magnā contumeliā, qui ausus est ingredi in ædeis meas. & neq; inimicitias mihi cum illo homine vllas fuisse, præter hanc simultatem, quæ hinc orta est, neque me fecisse hoc pecuniæ caussâ, quò dives é paupere repētè existerē: neq; vt vllū aliud emolumentū caperē, præter illud, quod leges mihi cōcedūt, supliciū. ceterū ego res meas omneis à principio vobis demōstrabo, nihil prætermittens, veraq; omnia cōmemorās hoc enim mihi solum saluti fore existimo, si possum vobis singula explanare, eo ordine, quo gesta sunt. Ego enim, judices, posteàquā ducere vxorē mihi visum est, domumq; duxissē, anteà quidē in illā hoc animo erā, vt neq; cōtristarē, neq; totū in illius potestatē me dederē, aut quæcunq; vellet, facere omnia permitterē: diligenterq; servabam quò ad licuit, atq; animū in illā intentū habebam, ita vt consentaneum fuit. postea verò quàm puer mihi natus est, iā ei fidere cœpi, & res meas omnes exinde cōmittere. putabam enim maximā esse hanc necessitudinem. Primò igitur, Athenienses, omniū erat optima. (nā & materfamilias sedula erat, & parsimoniæ dedita, & diligēter omnia administrabat) postquâm verò mater mea mortua est, mors eius omniū malorū principiū mihi fuit. nā, vt exequias illius mea vxor prosequebatur, ab isto homine conspecta, non ita multò pòst corrumpi-

rumpitur. obſervans enim ancillam ad forũ itantẽ, & cum ea colloquutus, internuntiaq; vſus illã perdidit. Primũ igitur, o viri (nam hæc quoq; narrare me vobis oportet) domiciliũ mihi perparvum eſt bipartitũ, cuius ſuperior pars æqualis eſt inferiori, quà mulieres, viriq; habitant ſeparatim. poſteaquã autẽ nobis natus eſt infans, mater lactabat eum, & ipſa nutricandi laborem ſubibat. ne verò, quoties opus eſſet puerũ lavari, toties periclitaretur, ſi per ſcalam deſcẽderet, placuit, vt ſuprà ego degerem, infrà mulieres. Et iam ita aſſuefactum erat, vt ſæpe vxor cubitũ ad infantem abſcederet, mammamq; præberet ei, ne vagiret. Quũq; à longo tẽpore hæc ſic fierẽt, nihil vnquã ego ſum ſuſpicatus: ſed ita etiam ſtolidus, ac planè ſtupidus, vt crederem meã vxorẽ eſſe vnã omniũ, quæ ſunt in civitate caſtiſſimã. multũ tẽporis interceſſerat, quũ ex agro quidem minimè expectatus aderam. poſt cænam autẽ, puer vagiebat, neq; ſedari poterat, ab ancilla de induſtria vellicatus, vt hoc faceret: quippè intus erat homo (nã poſteà rẽ omnẽ reſcivi.) tũ ego vxorẽ abire iuſſi, & puero mãmam dare, vt plorandi finẽ faceret. at illa primò quidem noluit, quaſi vidiſſet me libenter, intervallo revertentẽ. ſed quũ ego commotus iuſſi ire, Vt tu quidẽ, inquit, attentes ancillæ pudicitiã. & prius verò raptabas eã ebrius. ad hæc ego ridebã. at illa cùm ſurgeret, atq; abiret,

occludit fores, simulans se iocari, * clauēq; attrahit. ego nihil istorum cogitans, nec quicquam suspicatus, quiescebam libenter, ex agro rediens. quū autem iam lucesceret, venit illa, foresq; aperuit. tū ego quæsivi, quid fores noctu crepuissēt. respondit illa, appositam puero lucernam extinctā fuisse: hāc se ivisse è proxima vicinia redaccensum. tacebā ego, & hæc ita se habere credebam. sed eius mihi visa est, o viri, facies cerussata, quum nondum diebus triginta frater esset mortuus. attamē ne sic quidem verbum vllū de re volui facere, sed silētio foràs excedebam. postea autē, o viri, tempore interposito, cùm ego penitus meorū ignarus essē malorū, venit ad me vetula quædā, ab alia muliere summissa, cuius ille erat adulter, vt postea mihi compertum est. illa autem irata, cùm iniuria affici se putaret, quia ad se, non ita vt solitus est, commeabat, servare cœpit, donec quid esset caussæ, comperit. illa anus igitur me adibat, non procul à meis ædibus, occasione captata, &, Quæso mi Euphilete, inquit, ne me putes vlla ad te curiositate accedere. is enim qui tibi iniurius est, & vxori tuæ, nobis est inimicus. si igitur prehenderis ancillam in forum itantē, & vobis ministrantem, & tormentis in eam quæsieris, rescire omnem rem poteris. Est autem, inquit Eratosthenes, qui hæc à se, & sua sponte, non alicundè impulsus facit, qui non modò

*Vxor virum in cubiculo concludit, vt ipsa interea sit cum adultero. clavē enim secum abstulit.

*Lego οἴκοθεν,

tuam vxorem, ſed & multas alias ſtupravit. hanc enim artẽ factitat. hæc quũ dixiſſet, o viri, illa abiit: ego continuò conturbatus ſum: & omnia mihi in mentẽ ſimul veniebãt: plenuſq; erã ſuſpicione, cùm & cogitarem * incluſum me fuiſſe in cubiculo, & meminiſſem in illa nocte crepuiſſe interiorem & veſtibularem ianuam (quod nunquam antè acciderat) & mihi viſa eſſet mulier ceruſſata. hæc omnia in mentem mihi veniebãt, & plenus eram ſuſpicione. Domum autem reverſus, ancillam iuſsi ad forũ me ſubſequi. quam quũ adduxiſſem ad quendã neceſſarium, me omnia, quæ domi fierent, reſciviſſe dicebam. tibi igitur, inquam, licet duarum cõditionũ vtrã mavis eligere: aut verberibus cæſam in piſtrinũ dari, & nunquã inde eximi, nec tantis exſolvi malis: aut ſi veritatẽ omnem indicaveris, malum nullum pati: ſed veniã delictorum omnium à me conſequi. cave ſis igitur mentiare, ſed vera omnia eloquere. illa autem primò negare, & facere, quæ volui, iubere. nihil enim ſe ſcire. Sed cùm ego illi Eratoſthenẽ nominaſſẽ, & hũc eſſe dixiſſẽ, qui ad vxorẽ meam ventitaret, perculſa eſt, rata me rem omnem habere compertam. & tum iam ad genua mea procidens, & accepta fide, ſe nihil à me paſſurã mali, cuncta patefêcit. primùm, vt poſt funeris exequias ad illam adierat: deinde vt ipſa poſtremò internuntia fuiſſet. atque vt illa tandem ad-

quod á ſe Lariné redditur.

* Obſerato oſtio, ne forte aliquid ſuſpicatus interveniret. hoc etiam ſignum eſt vel maximũ quod non obſervauimus.

 didiſſet

diſſet, qua ratione ad ſe aditum haberet. vt Theſmophoriis, quum ego rure verſarer, ad templum cum matre illius abiit. & reliqua omnia narravit, quæ geſta ſunt, ſumma fide. poſteaquàm autẽ finẽ narrãdi fecerat, tum ego. Caue ſis, inquam, ne quiſquam hæc hominum reſciuerit: aut ſi efferas, nihil eorum, quæ pacta ſunt inter nos, & tibi promiſi, ratum erit. volo autem te mihi ita hæc oſtendere, vt manifeſtò hominem in crimine ipſo teneam. nõ enim mihi opus eſt verbis: ſed planam fieri rem ipſam, ſi quidem ita ſe habet. recẽpit ſe iſta facturã. poſteà quatuor aut quinq; interceſſẽrunt dies, vt magnis ego vobis argumentis evidenter oſtendã. Sed primum volo narrare, quæ geſta ſunt noviſsimo die. Soſtratus erat mihi neceſſarius atque amicus. huic poſt ſolis occaſum ex agro redeunti factus ſum obvius. quũ autem ſcirem eũ id temporis nihil parati inventurum domi, ad me veniret rogavi, mecumq; cænaret. domum ad me venitur: aſcendimus in cœnaculum; ibi cænamus. Cum autem ſe bene curaſſet: ille diſceſsit, ego quieſcebam. Eratoſthenes autem, o viri, ingreditur: quum ancilla me ſtatim excitat, atq; intus eum eſſe certiorẽ facit. Et ego, quum illam iuſsiſſem ſervare oſtium diligenter, ſine vllo ſtrepitu deſcendens, foras exeo: ad hunc atque illum pervenio. Et quoſdam intus offendi: alii non erant domi, ne in vrbe quidem. aſſumtis autem, quàm potui plurimis, ex iis,

qui tum aderant, imus, tædiſq; è proxima caupo-
na arreptis introimus, aperto oſtio, atq; ab ancilla
parato. tum foribus impulſis cubiculi, qui primi
irrupimus, adhuc eum accubantem mulieri vidi-
mus. qui ſubſecuti ſumus in lecto ſtantem, vt erat,
nudum. ego autem hominẽ vno ictu proſterno,
reductiſq; poſt tergum manibus, ac revinctis, cur
iniurius eſſet interrogabam in ædeis meas introi-
ens. ille autem peccaſſe ſe quidem fatebatur: cete-
rum obſecrabat atque orabat, ne ſe occiderem, ſed
argentum mihi exigerem. ad quæ ego reſpondi,
Non ego te interficiam, ſed lex civitatis, quam tu
præteritã, & voluptati tuæ poſthabitam contem-
ſiſti, tantumq; in vxorem meam, ac liberos meos
flagitium admittere maluiſti, quàm modeſtus eſſe,
& legibus obedire. ita o viri, ille ea eſt cõſequutus,
quæ leges iubent eos, qui talia perpetrant. nõ intrò
raptus è publico, neq; quum ad Larem confuge-
rat, abreptus, vt iſti dictitant. quî potuit? qui in cu-
biculo ſtatim ad pedes concidit? cuius ego manus
poſt tergum retortas vinclis arcueram. intus autẽ
erant tot homines, quos effugere nõ poſſet, quum
neq; ferrum, neq; fuſtẽ, nec aliud quicquã haberet,
quo, propelleret ingreſſos, ſeſeq; defẽderet. verũ il-
lud, iudices, nõ arbitror vos fugere, eos qui nequi-
ter agunt, nolle adverſarios ſuos vera dicere fateri;
ſed mendaciis, & eiuſmodi malis artibus, adverſus

aliud oſtiũ domus intelligẽdum aliud cubiculi.

innocentes auditorum animos inflāmare. primùm legē recita. LEX. Non se tuebatur iure aliquo, iudices, sed fatebatur se male fecisse. & supplicium quidē vltimū supplex deprecabatur: pecuniam autem pēdere paratus erat. at ego illius æstimationi noxæ non acquiescebam: sed vt ius publicum plus valeret, æquum esse censebam. deniq; eam expetivi pœnam, quam vos iustißimam esse ducentes, statuistis in illos, qui talibus dediti sunt studiis. & horum vos mihi testes ascendite. *Testimonia.* Quin tu mihi recita hanc etiam legem * de cippo, qui est in Areopago. Audistis, iudices, illi ipsi foro quod est in Aréo pago, cui potestas et à patribus accepta est, & vestrâ memoriâ reddita de cædibus iudicandi, disertis interdictum esse verbis, ne cædis hunc damnet, qui in vxore sua adulterum deprehensum hac pœna affecerit. Et vsque adeò legislator in nuptis hoc ius statuendum censuit, vt in concubinis etiam, quæ minore in precio sunt, eandem pœnam statueret. at nemini dubium est, si quod habuisset in nuptis gravius supplicium, decreturum fuisse. nunc quum in illis nō posset vllum acerbius excogitare, eodē quoque in concubinis censuit vtendum. Recita autem tu mihi hanc etiam legem. LEX. Auditis iudices, legem iubere, si quis homini ingenuo, aut puero per vim probrum intulerit, duplicém noxā luere.

* In quo leges incisæ erant & formula quam in iudicando servarent.

sin

ſin feminis, in quibus fas eſt occidere, eiſdem * poenis teneri .adeò iudices,qui vim afferunt,leviore animadverſione dignos putavit, quàm qui pelliciunt. hos enim morte multandos cenſuit : illis duplex, quod præſtarent,conſtituit damnum : ratus eos,qui per vim egerint,& quod volunt perfecerint, illis eſſe odio, vis quibus illata eſt . at qui perduxerint, ſic earum animos corrumpere, vt vxores alienas magis ſibi devinctas habeant,quàm ſunt maritis : totamque in ſuam poteſtatem domum redigant : liberos denique, qui naſcuntur, incertos faciant, legitimine an nothi ſint habendi. quibus de cauſis legiſlator mortem his ſupplicium conſtituit.me igitur,o viri,leges quidem non modò omni crimine abſolvunt,& inſontem eſſe pronuntiant, verùm etiam iuſſerunt hoc ſupplicium ſumere . in veſtra autem nunc ſitum eſt poteſtate, vtrùm eas in poſterum valere oportet,an ludibrio futuræ ſunt,& ab omnibus conculcandæ . Ego enim arbitror omneis civitates ſibi iccirco leges, & iura deſcribere, vt quibus in rebus hæremus, nec eas facile eſt expedire, adhibitis in conſilium legibus , cum illis quid facto opus ſit , deliberemus . hæ itaque illos , quibus hæc fit iniuria , hortantur & iubent , hoc genus ſupplicij ſumere : à quibus ne veſtra ſententia diſcrepet, à vobis poſtulo . quod ni feceritis , tanta omni me-

* abutitur lege ad vtilitatem cauſæ ſuæ.

tu ſublato mœchis ex impunitate per vos creſcet audacia, vt fures etiam à vobis animati mœchos ſe audeant profiteri: cùm certò ſcierint, ſi hanc cauſſam dicant, & in hoc ſe profiteantur in ædes alienas ingredi, fore, vt nemo eos audeat digito contingere. omnes enim intelligent legibus, quæ ſunt de adulterio, va-le-dicendum eſſe: veſtræ autem ſententiæ ſeveritatem eſſe metuendam. hæc enim omnium, quæ ſunt in civitate ſummam poteſtatem habet, ſummamque auctoritatem. Attendite, O viri, me enim arguunt ancillam ire iuſiſſe illo die, quæ adoleſcentem arceſſeret. ⋆ Ego au-

ἀντιπαράστασις. tem, iudices, ſi quovis modo operam dediſſem, vt eum caperem, qui vxorem meam conſtupraſſet, rectè me feciſſe arbitrarer, & poſſem id iure factum tueri. nam ſi re nullâ perpetrata neque comperta, ex hominum ſermonibus tantùm & vocibus temerè iactatis, illum accerſi iuſiſſem, iniuſtè facerem. ſin omnibus iam, quæ fieri in tali re ſolent, perpetratis atque commiſsis, quum ille in ædeis meas ſæpius intraſſet, eum quovis modo compre henderem, ſapienter me feciſſe exiſtimarem.

ἔνστασις. ⋆ Sed attendite, eſſe eos impudenter in his quoque mendaces: id quod facile ex his per-

ſpicietis,

ſpicietis. mihi enim, o viri (quod iam antè dixi) quum amicus eſſet Soſtratus, eoque vterer per quam familiariter, obviam factus circa ſolis occaſum, cænatus eſt vnà. dehinc, quum ſe bene lauteque habuiſſet, abijt. atqui primùm illud, o viri, cogitate, ſi in illa nocte inſidias ego paraſſem Eratoſtheni, ſatiùſne eſſet mihi ipſi foris cænare, an alium, qui mecum cænaret, domum ducere. ſic enim minus auderet ille in domum ingredi. deinde vidcòrne vobis, eo qui mecum cænaverat, dimiſſo, ſolus remanſurus fuiſſe, ab omnibus deſertus & deſtitutus, an illum manere iuſſurus, ut mecum vnà adulterum vlciſceretur? tum, o viri, nonne vobis videor, meis neceſſarijs interdiu denunciaturus, & mandaturus, vti in domum vnius ex amicis, qui habitarent in proximo, convenirent potius, quàm poſteàquam primùm ſenſeram, huc illuc noctu curſitarem, neſcius quem domi, quem foris offenderem. atque ad Harmodium quidem vnumque aut alterum veniebam peregrè profectos (id enim ego neſciebam) alios autem non intus offendebam. aſſumptis autem, quos eram nactus, ibam. atqui profectò ſi rem antè ſciviſſem, aut caſum vllum eiuſmodi prouidiſſem, nonne vobis videor & famulos com-

comparaturus fuiſſe, & amicis denuntiaturus, vt quàm tutiſsimè quidem ipſe intrarem (quid enim ſciebam ſi ille cum telo fuit?) quàm plurimis autem adhibitis teſtibus, pœnas expeterem? nunc omnium ignarus, quæ futura erant illa nocte, vos tantummodò qui præſtò mihi fuêrunt, adhibui. & vos mihi iſtorum teſtes aſcendite. *Teſtimonia*. Teſteis quidem audiſtis, iudices: rem autem attendite, & ſic cum vobiſmet ipſis conſiderate de iſto negotio, quærentes illud in primis, fueritne mihi cum Eratoſthene vlla vnquam inimicitia præter hanc iuſtam. nullam enim profectò reperietis. nam neque me accuſavit vnquam nomine delato, neque tollere de civitate eſt aliquando conatus. neque privatas mecum liteis habuit vnquam: neque conſcius mihi fuit vllius mali facinoris, quod ego formidans, ne quis reſciſceret, perditum illum cuperem. neque hoc perfecto facinore, ſperabam me pecuniam percepturum. quidam enim ob res eiuſmodi, inſidias alter alterius vitæ comparant. iam tantum abeſt, vt convicium, aut vllum ex temulentia petulans factum, aut aliqua nobis eiuſmodi ſimultas acciderit, vt nunquam homo mihi antè ne de facie quidem notus eſſet: nunquam enim me memineram, niſi in illa nocte

vidiſſe.

vidisse. quid igitur meditans, quidve habens in añimo tantum ego discriminis adirem, * ni summa ab eo fuissem affectus iniuria? tum advocatis testibus tam impium facinus admisi, cum mihi liceret, si cuperem eum iniustè perdere, neminem sceleris conscium habere? Ego igitur o viri, non meam rem nunc agi privatam puto, neque ita sumtum esse hoc supplicium mea magis interesse existimo, quàm totius civitatis. qui enim hæc faciunt, cùm viderint quæ præmia eiusmodi flagitiorum proposita sunt, tardiores ad peccandum in alios erunt, si vos hoc animo esse perspexerint. sin vobis alia mens est, multo satius fuerit, leges, quæ nunc valent, atque in vsu sunt, delere, alias autem reponere: quæ eos quidem, qui custodiunt suas coniuges, damnis afficiant. quibus autem est in eas libido peccandi, his summam impunitatem omni sublato timore concedant. sic enim multo rectius est, quàm à legibus fraudem atque insidias civibus comparari: quæ iubent quidem, si quis adulterum deprehenderit, illum pro suo arbitrio tractare: læsos autem video gravius periclitari, quàm qui contra leges, alienas dehonestant coniuges. ego enim nunc & de capite & de fortunis, atque

*Hic remotis ceteris, ponit illud quod vult effici.

aliis

aliis omnibus ornamentis dimico, nulla alia de caussa, nisi quòd civitatis obsecutus sum legibus.

FINIS.

Supplementum ad prælectiones.

Περὶ τοῦ σώματος) Lysias oratione quæ est huic proxima, μάχης δὲ γινομένης, καὶ τοῦ μειρακίου βάλλοντος αὐτὸς, καὶ περὶ τοῦ σώματος ἀμυνομένου, id est, περὶ τῆς ψυχῆς, cum vitæ & capitis periculum propulsaret. Et hoc præteritum est, quod ante omnia ponendũ fuit pag. 60. cùm exposuimus quid esset τὸ ἐκ γειτόνων ἀνάψασθαι. Lycurgus contra Leocratem ἀφικνεῖται εἰς Μέγαρα, καὶ ᾤκει ἐν Μεγάροις πλείω ἢ πέντε ἔτη, προστάτην ἔχων Μεγαρέα. οὐδὲ τὰ ὅρια τῆς χώρας αἰσχυνόμενος, ἀλλ' ἐς γειτόνων τῆς ἐκθρεψάσης αὐτὸν πατρίδος μετοικῶν. ne fines quidem regionis reueritus, sed in eius quæ illum aluit patriæ finitima transmigrans. erat enim Megarensis ager ὅμορος Attico. ἐς γειτόνων πατρίδος non est in patriæ fines, sed in ea loca quæ finitima sunt, atque adiacent. mirum loquendi genus, & vix simile invenias. sed hoc accipiendum est κατ' ἔλλειψιν illã, quã diximus: est igitur vt τὸ ἐκ γειτόνων è proxima vicinia, sic τὸ εἰς γειτόνων, in viciniam proximã. Item pag. 30. ad illud ὥστε μηδὲ λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι, id est, ut ne totus essem in vxoris potestate, multa attulimus exempla, sed nullum hoc insignius afferri potuit. Dem. κατ' Ἀνδροτίωνος, οὐ γὰρ ᾤετο δεῖν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον, ἐπὶ τῇ τῶν λεγόντων δυνάμει τὸ πρᾶγμα καταστῆσαι. & paullò pòst. εἰ μὲν ἀπογνώσεσθε, ἐπὶ τοῖς λέγουσι τὸ βουλευτήριον ἔσται· ἐὰν δὲ καταγνῶτε ἐπὶ τοῖς ἰδιώταις. Iam quod pag. 84. diximus ἐλέγχειν esse βασανίζειν, id hoc testi-

monio

monio confirmatur eiuſdem Lycurgi, *δεῖ τοὺς οἰκέτας ἐλέγχειν καὶ βασανίζειν.* pag.200. ad illud, *ἐπαρεῖτε τοὺς κλέπτας*, hæc adde. Soph. Oed. Tyr. *τίς σ᾽ ἐπῆρε δαιμόνων;* quis te malus genius impulit excæcare oculos tuos? Scholiaſtes *ἐπήρεν* ~~*ἔπεισεν*~~. Eurip. *ὅς τις μ᾽ ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον*, qui me cùm impuliſſet ad facinus impium. Virg. lib. 2. *Et, ſi fata deúm, ſi mens non læva fuiſſet, Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:* *ἐπῆρεν, ἔπεισεν ἄν.* iam illud eiuſdem Sophoclis exemplum eſt *τοῦ ἐπὶ* finalis, de quo diximus pag. 202. *οὐ γὰρ ἄν ποτε θνήσκων ἐσώθην, μὴ 'πὶ τῷ δεινῷ κακῷ*, non ad magnum aliquod malum. poſtremo pag. 193. *τὸ διαπράττεσθαι* interpretati ſumus Perficere, Impetrare, & quædam Latina adduximus exempla. ſed nullum erat aptius, quàm quod habet Terentius Eunucho, *quam ioco --- Rem voluiſti à me tandem quin perfeceris? Ego impetrare nequeo hoc abs te biduũ.* *οὐκ ἔστιν ὅ, τι μὴ συ διεπράξω καὶ παίζων παρ᾽ ἐμοῦ. ἐγὼ δ᾽ οὐκ ἂν δυναίμην παρὰ σοῦ διαπράττεσθαι δύ᾽ ἡμέρας.* Item in Prologo, *Perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia,* *διεπράξατο.* Hæc ideò prætermiſſa ſunt, quia præter exemplum, multa afferebantur ad typographum in ſchedulis, quarum multæ periêre operarũ incuriâ. Erat enim profectò tumultuarium hoc opuſculum: quod neceſſe eſt illis vſu veniat, qui res arduas aggrediuntur ſcribere, omnibus auxiliis deſtituti. illos ſpero quibus hæc ſcripſimus, noſtram operam boni conſulturos: neq; enim edidiſſem, niſi flagitatus à multis. *εἰ δὲ μὴ*, hoc ab initio meditatũ habui quod ſcribit Plutarchus ad finem Aemylij, *τὸ δὲ πρὸς πᾶσαν ἀδοξίαν εὐλαβὲς, ἐπιεικοῦς μὲν ἤθους, καὶ ἀπλοῦ, μέγεθος δὲ οὐκ ἔχοντος.*



PR

n

E

n o

perora
à princ
concit
propiti
ſos fac
ab init
adeò o
de flag
pertine
cuique
πάμων
Nam q
dolet, a
lachry
partitio
bet ſent
ἀπ' αὐ τὸς
μο̃ πρὸς κα
cipio qui
κεῖσθαι, neq;
ita vt grau



PRAELECTIONES ad Lysiam de cæde Eratosthenis.

Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην) Duplex est motus ab oratore in animis iudicum concitandus, Lenis, vehemens. Lenis exordio: vehemens perorationi magìs convenit. Sed hic noster statim à principio vehementem illum & asperum motum concitat. Nam quid aliud nunc agit, quàm vt sibi propitios & benevolos, adversarijs iratos & infensos faciat iudices? at quemadmodum facit iratos? ab initio proponit rei indignitatem, & optat, atque adeò occultè petit à iudicibus, vt quisque eorum ita de flagitio cogitet, ac si sua res esset, atque ad se pertineret & sibi tanta facta esset iniuria. Sua enim cuique dolent τὸ γὰρ ἴδιον πιέζει πάνθ' ὁμῶς, εὐθὺς δ' ἀπήμων καρδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον, inquit Pindarus. Nam quotus quisque est qui alienam vicem pro sua dolet, aut casum alterius, suum ducit? Citò arescit lachryma præsertim in alienis malis (inquit Cicero partitionibus oratorijs.) Dem. κατὰ κόνωνος similē habet sententiam in peroratione. ἀξιῶ τοίνυν ὑμᾶς ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἕκαστος παθὼν τὸν πεποιηκότα ἐμίσει, οὕτως ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς κόνωνα τουτονὶ τὴν ὀργὴν ἔχειν. Hoc sic agit à principio quia noluit iudices, vt postea dicit, ὀλιγώρως διακεῖσθαι, neq; hāc caussam ab eis oscitanter audiri, sed ita vt grauiter atrocitate sceleris commouerentur,

& iure Eratoſthenem cæſum putarent.

Ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ἡμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ ἑλλάδι,)Non eſt ergo hoc νομικὸν δίκαιον, ſed φυσικόν. Ius gentium atque naturæ, quod vbique valet & apud omneis mortales idem eſt, vt adulteri videantur vltimo ſupplicio digni. Sic Cicero quum ſimilem cauſſam ageret pro Milone, in eo laborat, vt probet, non continuò damnandum eſſe, qui hominem a ſe occiſum fateretur: ſed poſſe interdum aliquã habere defenſionem. Exempla ad eam rẽ colligit, vt militis Marriani & aliorũ. Deniq; hoc ius eſſe naturæ dicit, vt ſi quis in latrones inciderit, aut imprudens in inſidiatores præcipitatus fuerit, caput ſuum quacũq; ratione tueatur, & ſe malit vivere quàm alterum. *Eſt enim hæc,* inquit, *non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: ſed ab ipſa natura arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus, vt ſi vita noſtra in inſidias venerit, omnis honeſta ratio ſit expediendæ ſalutis.* Ariſtot. *Rhetorices* I. Νόμος δ' ἐστὶν ὁ μὲν ἴδιος, ὁ δὲ κοινός. λέγω δὲ ἴδιον μὲν καθ' ὃν γεγραμμένον πολιτεύονται. κοινὸν δὲ ὅσα ἄγραφα παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι δοκεῖ. Sed eadem de re eodem libro luculentiora ſunt hæc. λέγω δὲ νόμον τὸν μὲν ἴδιον, τὸν δὲ κοινόν· ἴδιον μὲν, τὸν ἑκάστοις ὡρισμένον πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτον τὸν μὲν ἄγραφον, τὸν δὲ γεγραμμένον. κοινὸν δὲ, τὸν κατὰ φύσιν. ἔστι γὰρ ὃ μαντεύονταί τι πάντες φύσει κοινὸν δίκαιον, καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ, μηδὲ συνθήκη. Eſt enim, quod augurantur omneis, naturale quoddam commune ius & iniuria. quamvis nulla inter ſe communitas intercedat, aut pactum. Deinde addit illud ex *Antigona Sophoclis.*

Οὐ γάρ τι νῦν τε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ τοῦτο, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

Defendit enim factum Antigona, cùm contra regis edictum fratrem humaverat, ὡς φύσει δίκαιον ὄν, & potentius edictis omnibus. tum hęc ex Empedocle subiungit philosophus.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον διά τ' εὐρυμέδοντος,
Αἰθέρος ἠνεκέως τέταται, διά τ' ἀπλέτου αὐγῆς.

Hermolaus legit αὖ γῆς, quod melius. idem enim videtur Αἰθέρος, καὶ Αὐγῆς. Similiter & pari verborum ac sententiarum magnificentiâ vim huius φυσικοῦ νόμου Tragicus expressit Oed. Tyr. ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι πρόκεινται ὑψίποδες, οὐρανίαν δι' αἰθέρα τεκνωθέντες· ὧν Ὄλυμπος πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτεν, οὐδὲ μήν ποτε λάθα κατακοιμάσει. magnificè quidem ὑψίποδας dixit has leges, quia omnia sub pedibus premũt, & sublimiores sunt omnibus, Dis etiam ipsis. vnde non minus recte Eurip Hecuba.

Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ κείνων κρατῶν
Νόμος. Νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα
Καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.

Hæc illa, lex de qua Pindarus ὁ νόμος πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων lex omnium rex mortalium atque immortalium.

Sed illud apud Sophoclem præclarissimum, quod hoc ius sempiternum facit, vtpote nõ ab hominibus constitutum, neque de terra natum, sed è cœlo oriundum, cuius pater, & conditor sit Deus.

Οὕτως ἐγνωσμένα) γιγνώσκω scisco. ἐγνωσμένα scita, decreta. Dem. ἐμμένειν τοῖς γνωσθεῖσι stare sententia: manere in eo quod decreveris Ausonius.

Fœlicem ſcivi, non qui quod vellet, haberet:
Sed qui per fatum non data non cuperet.

Μακάριον ἐγνωκα. Plutarchus, ἔγνω κινδυνεύειν ſtatuit dimicare. Iulianus, καὶ ταῦτα πρὸ πλείονος ἤδη χρόνου καλῶς ἡμῖν ἐγνωσμένα πεπυσμένος. Idque quum iam antè audieras, quæ pulchrè erant à nobis decreta. Idem. εἰ δ' ἔγνωκας τῇ μελέταις ἀχεὶ γήρως προσκαρτερεῖν. Si decreuiſti in ſtudiis conſeneſcere.

Xenophon 4. παιδ. δῆλος εἶ ὑπό ὑςάσεως τοῦδε πεπεισμένος ταῦτα γιγνώσκειν ἃ λέγεις. Hæc ſtatuere quæ dicis. Dem. Philippica 4. τινὲς δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀμύνεσθαι μᾶλλον, ἢ μεθ' ἡμῶν ἐγνώκασι. Quidam vero etiam per ſe potiùs, quàm nobiſcum defendere ſe decrevêrunt. Iſocrates Archidamo. τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖ γιγνομένων, τὸ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι· τῶν δ' ἐνθάδε γνωσθέντων αὐτῆς τῆς διανοίας σημεῖον ἐστι. Rerum enim in bello geſtarum maximam partem fortuna ſibi vendicat. Quæ verò domi decernuntur, eorum pars maxima ipſius animi indicium eſt. hunc locum pro Marcello Tullius dilatavit: ſed hinc ἐνθύσιμον ſumpſit.

Ὀλιγώρως διακεῖσθαι) Dem. contra Neæram σοβαρὸν καὶ ὀλίγωρον εἰδυῖα αὐτοῦ τὸν τρόπον. Hoc illud vitium eſt quod Cicero taxat 1. Offic. *Nam negligere quid de ſe quiſque ſentit, non ſolum arrogantis, ſed etiam diſſoluti.* Σοβαρὸς. arrogans, faſtuoſus: ὀλίγωρος diſſolutus. ὀλιγωρεῖν eſt ὀλίγην ὤραν ἔχειν. i. φροντίδα. Heſiodus, ὤρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε. Theocritus, ἔχω δὲ τοι οὐδ' ὅσον ὤραν χείματος, habeo ne tantillùm quidem curam hiemis. Cui contrarium πολυωρεῖν. Aeſchines contra Timarchum.

Timarchum. Mihi familiaris erat Timarchus καὶ κατὰ τὴν γνῶσίν μοι τὴν πρὸς αὐτὸν πολυωρῶν εἰς τὸν νῦν χρόνον οὐ διέλιπον, Et pro notitia, quæ mihi cum eo erat, multùm curare & obſervare ad hoc vſq; tempus non deſtiti, quid ageret, quemadmodum viveret. Pſalmo duodecimo κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Schol. πολλῆς φροντίδος ἠξίωσας. Vetus interpres, multiplicaſti: Græco verbo non intellecto, cùm è Græco ſit illa tranſlatio. quamvis ne Græcum quidem verbum Hebræo reſpondeat. Pſal. 138. πολυωρήσεις με ἐν τῇ ψυχῇ δυνάμει. quidam heic quoque interpretantur φροντίσεις πολὺ, φυλάξεις. alij ἐπαρεῖς, ὑψώσεις, quod ſequutus videtur Iunius. ille enim, efferes Heb. תרהבני בנפשי עז.

Ἐμοίχευε τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνην διέφθειρε) Papinianus Dig. lib. Lviij. Tit. v. Lex ſtuprum & adulterium promiſcuè, & καταχρηστικώτερον appellat. Sed propriè adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine. ſtuprum verò in virginem viduamve, quod Græci διαφθορὰν, id eſt corruptionem appellant. hinc Iuuenalis corruptores vocat adulteros. Varro 5. de lingua Lat. *à quo etiam violavit virginem pro viciavit, dicebant. æquè eâdem modeſtiâ potius cum muliere fuiſſe quàm concubuiſſe dicebant.* Hoc græci dicunt συγκοιμᾶσθαι καὶ συγκαθεύδειν: illud ξυνεῖναι γυναικί. quod 2. Samuelis cap. 13. legimus, *Nunquid Ammon frater tuus concubuit tecum*, hoc in Hebræo modeſtiùs *fuit tecum*: Scaliger ad locum Varronis, Illud Latinorum vitiare virginem imitatum eſt Attico διαφθεί-

ρειν παρθένον. Hinc dicimus vitium offerre, vel ſtuprum virgini. inde tranſlatum διαφθείρειν δικαστήρια corrumpere iudicia. Eleganter igitur Cicero dicit Emptum conſtupratumq́ue illud iudicium Clodianum, cùm Clodius polluiſſet ſacra Bonæ deæ, & ſtuprum obtuliſſet nobiliſſimæ feminæ.

Καὶ παῖδας τοὺς ἐμοὺς ᾔσχυνε) Imò adultera non adulter dedecoravit & ſe, & liberos, & totum genus. Nã probrum matris eſt dedecus liberorum: quia videntur νοθεύειν. Tacitus Annalium 4. de Livia vxore Druſi Sorore Germanici. *Atq; illa, cui avunculus Auguſtus, ſocer Tiberius, ex Druſo liberi, ſeque ac maiores, & poſteros municipali adultero fœdabat.* i. ᾔσχυνεν. is autem municipalis adulter erat Seianus. Eurip. Hippolyto.

Ὡς μήποτ' ἄνδρα τὸν ἐμὸν αἰσχύνασ' ἁλῶ.
Μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτον: ἀλλ' ἐλευθέροι
Παρρησίᾳ θάλλοντες οἰκοῖεν πόλιν
Κλεινῶν Ἀθηνῶν μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς.
Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.

Vt ne vnquam dedecore affeciſſe virum meum deprehendar, aut quos peperi, liberos, ſed, vt ingenuos decet, libertate florentes incolant ciuitatẽ nobilium Athenarum per matrem bonâ famâ. Frangit enim virum quamvis ferocem conſcientia probrorum matris aut patris. Pauſanias Atticis λέγουσι δὲ Τηρεὺς συνοικῶν Πρόκνῃ Φιλομήλαν ᾔσχυνε, οὐ κατὰ νόμον δρά σας τῶν Ἑλλήνων. Aiunt Terea, qui Prognen habuit in matrimonio, dehoneſtaſſe Philomelam,

quum

quum id neutiquam faceret ex more Græcorum.

Καὶ ὅτι ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν) Bonus orator cavere in primis debet, & providere ne qua ſuſpicio, quæ ſibi poſſit obeſſe, iudicum animis inſideat. Nam ſi ſit vlla, ſtatim eximenda eſt, & evellenda à principio. velut in hac cauſſa poterant iudices ſuſpicari, veteres inimicitias interceſſiſſe Euphileto cum Eratoſthene, & hoc fuiſſe, cur illum occideret. Poterant etiam exiſtimare pecuniæ cauſſa ab Euphileto occiſum fuiſſe Eratoſthenem: quam vel Eratoſtheni deberet, vel quæ morte Eratoſthenis ad Euphiletum perveniret. his enim ferè cauſſis homines impelluntur ad cædes faciendas, eoſque occidunt, quos aut odêrunt aut metuunt, aut quibus interemptis emolumentum aliquod ſperant. Nihil horum eſt, inquit reus. nec mihi ſimultas vlla vnquam fuit cum homine, præter hanc iuſtam, quæ orta eſt ex hac tam graui iniuria; nec emolumentum aliquod, aut comodum morte eius ad me perventurum erat. prudenter ergô occupat has ὑπολήψεις, quæ ante omnia amoliendæ fuêrunt. nolunt enim iudices ſecundum eos pronuntiare, de quibus male exiſtimant. Ariſtot 1. Rhetorices. ἀδικοῦσι δὲ τοὺς τοιούτους, καὶ τὰ τοιαῦτα τοὺς ἔχοντας, ὧν αὐτοὶ ἐνδεεῖς, ἢ εἰς τὰ ἀναγκαῖα, ἢ εἰς ὑπεροχὴν, ἢ ἀπόλαυσιν. & mox καὶ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ τοὺς φίλους. τοὺς μὲν γὰρ ῥᾴδιον, τοὺς δὲ ἡδύ.

Ἔπραξα ταῦτα) κατ' εὐφημισμόν. Non dicit occidi, propter verbi invidiam. Sic Cicero pro Milone: *Fecerunt id servi, dicam enim*

non deriuandi criminis cauſſâ, ſed vt factum eſt, neque imperante, neque ſciente, neque præſente domino, quod ſuos quiſque ſervos in tali re facere voluit. neque hic palam clamat, *ſervi Milonis* Clodium interfecerunt.

Ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτηρίαν ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν δυνηθῶ ἅπαντα.) Aditus ad narrationem. His autem verbis mirificè ſibi conciliat iudices, atque amicos facit. Quî potuit magis conciliare, quàm quòd dicit, ſe de illis tam bene ſentire, vt ſe ſalvum fore non dubitet, ſi poſſit illis cauſſam ſuam exponere, vt eſt? Et ſimul oſtendit ſe cauſſæ ſuæ plurimum confidere: quam non egere affirmat longa confirmatione vel argumentorum, vel teſtium, ſed hoc ſatis eſſe, ſi poſſit, id quod nullius negotij eſt, rem vti geſta eſt, narrare modò. per ſe enim ſatis atrocem videri, nec magnopere hîc opus eſſe vllis amplificationibus. Illud etiam favorem meretur, quod moderatè & diffidenter de ſe ipſe loquitur, (ἐὰν δυνηθῶ) in quo eſt ἦθος τοῦ λέγοντος. Cauſſæ enim ſe dicit confidere, ingenio diffidere. Quintilianus liber 4. Cap 1. *Eſt quadam in hijs quoque commendatio tacita, ſi nos infirmos & impares ingenijs contrà agentium dixerimus, qualia ſunt pleraque Meſſallæ proœmia. Eſt enim naturalis favor pro laborantibus, & iudex religioſus libentiſſimè patronum audit, quem iuſtitiæ ſuæ minimè timet. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam ſimulatio, multum ab hac noſtrorum temporum iactatione diverſa.* hæc ille. Ars enim quanto tectior,

tanto melior. Illudque *Aristotelis* jure laudatur, μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως ἀλλὰ πεφυκότως, non videri fictè & compositè dicere, sed ut rei natura fert. Paucissimis ergò verbis summam sibi benevolentiam adjungit. Primùm à judicum personâ, quòd de illis tam bene existimat. Deinde ab ipsa re, quod caussam ait se habere expeditam & facilem. Postremò à suâ personâ, quòd tam modestè de se & loquitur, & sentit: plura non potuit paucioribus verbis ἀνύειν.

Ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι) Ergo diu antè secum ipse deliberavit, ducendáne esset uxor nec ne: nec mirum. Res enim videtur deliberatione & consilio digna. Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. Nos igitur hîc paululum, si placet, τὸ ζήτημα τοῦτο γυμνάζωμεν, εἰ γαμητέον. Multi fugitant omneis conditiones, atque à nuptiis abhorrent duabus de caussis: vel propter eas molestias & sollicitudines, quæ necessariò sunt conjugibus adjunctæ: vel fœminarum improbitate deterriti. Iste enim sexus, fortasse immeritò, omnibus tamen seculis nescio quo modo male audiit. De mulierum ingeniis & moribus multa *Iuvenalis Satyra* 6. plura *Athenæus* lib. 13. *Euripides* etiam præ ceteris multus in ea re. Itaque est habitus μισογύνης, ἐν τῇ τραγῳδίᾳ duntaxat, ἀλλ' οὐκ ἐν κλίνῃ, ut scitè de eo *Sophocles* apud *Athenæum*. *Hippolytum* quidem facit cognitâ novercæ insaniâ, præ iracundia atque dolore ea dicere, quæ nec ipsa procul absunt ab insaniâ.

Ὦ ζεῦ τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν
Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας.

Εἰ

Εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε:
Ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βρότοις
Ἢ χαλκὸν ἢ σίδηρον ἢ χρυσοῦ βάρος.
Παίδων πρίασθαι σπέρματος τιμήματος
Τῆς ἀξίας ἕκαστον. ἐν δὲ δώμασι
Ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.
Νῦν δ' εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν
Μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν.
Τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα.
Προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε καὶ θρέψας πατὴρ
Φερνὰς ἀπῴκισ' ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.
Ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους κακὸν
Γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι
Καλὸν κακίστῳ: καὶ πέπλοισιν ἐκπονεῖ,
Δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών

Prô Iupiter quid adulterinum hominibus malum mulieres in luce ſolis conlocaſti? Nam ſi mortale voluiſti genus propagare, non ex mulieribus illud tantum præſtare munus oportebat: ſed multo erat rectius, ut mortaleis in templis tuis dedicantes aut æs, aut ferrum, aut auri pondus, ſobolem redimeret ſibi quiſque pro precii dignitate, ſine feminis autem in ædibus habitare vacuis & liberis. Nunc primum quidem domum ducturi malum, opes domibus expendimus. Vel hinc autem liquet mulierem magnum eſſe malum. Nam qui genuit atque aluit pater dote addita quaſi in coloniam domo ſegregavit, ut malo liberetur.... Qui verò

ſuſcepit

ſuſcepit noxium in ædes malum, gaudet ornatum adhibens ſimulachro pulchrum peſſimo, & veſtibus exornat elaboratis, re miſerè paulatim ædibus egeſtâ.

Vides quoties mulierem malum nominat. At eſt, inquis, neceſſarium malum, & quo multi carere non poſſunt. Primùm quæ ſit iſta neceſſitas, ipſi viderint: aut quid eos cogat tantum ſubire malum. Ego potius exiſtimo voluntatis eſſe, non neceſſitatis malum. Scio, coactus es tuâ voluntate. Deinde *D. Paulus* imponit neceſſitatem 1 Cor. 7.
aliam atque majorem. *Exiſtimo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quia bonum eſt homini ſic eſſe*; multi libenter ſunt miſeri: nemo neceſſariò. Miſeros iubeo eſſe libenter, quatenus id faciunt, ἔον κυκὸν ἀμφαγαπῶντες, ut aiunt Poetæ. Hor.
Ideo ſylva ſuccreſcit, ut poſteà recidatur, ideo ager Heſ.
ſeritur vt metatur. Iam plenus eſt orbis, terra nos non capit. Quotidie bella nos ſecant, morbi ſubtrahunt, naufragia abſorbent, & nihilo minus de terminis litigamus, inquit D. Hieronymus adverſus Helvidium. cenſet fore ut citò in immenſam multitudinem humanum genus excreſcat, ſi ſinguli quàm primùm poterunt, uxores duxerint. Nam nunc quoque inquit, bellis & tot cladibus exhauſti quotidiè, nihilominus propter anguſtiam, & quia terra nos non capit, de finibus agrorum contendimus. Hinc illa à Poetis lepidè conficta eſt fabula: Tellurem oppreſſam hominum multitudine, querelam ad Iovem detuliſſe: illum, ut levaretur, bellorum

cauſſas

caussas seruisse Thebani atque Trojani, quibus ingens multitudo consumpta est. *Euripides Helena.*

> Πόλεμον γὰρ εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ
> Καὶ Φρυξὶ δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν
> Πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα.

Hæc igitur propagatio quæ quæritur ex conjugiis, nihil est aliud quam messis copiosa, quæ mox falce matura resecêtur. Sed redeamus ad fœminas, quoniam placet hanc thesin paulò latiùs disputare. *Euripidem* autem omittamus ut iniquiorem huic sexui sine causa. Aesculum audiamus ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, qui est (ut mihi videtur) haud paulò τραγικώτερος. Sic igitur ille Eteoclem inducit contra feminas sævientem,

> Μήτ' ἐν κακοῖσι, μήτ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ
> Ξύνοικος εἴην τῷ γυναικείῳ γένει.
> Κρατοῦσα μὲν γὰρ οὐχ ὁμιλητὸν θράσος,
> Δείσασα δ' οἴκῳ καὶ πόλει πλέον κακόν.

Neque in rebus adversis, neque in secundo rerum statu, unis in ædibus sim cum fœmineo sexu. Est enim, imperium adepta confidens, ferox, & quacum non facilè verséris: perculsa autem metu, domi forisque majus malum. τοιαῦτα δ' ἂν γυναιξὶ συνναίων ἔχοις, en quæ solatia ex fœminarum contubernio. εὐεστοῖ scholiastes exponit εὐδαιμονίᾳ, εὐετηρίᾳ. est autem εὐεστώ, καλὴ κατάστασις ad verbum. Iam his duobus Tragicis necesse est tertium quoque σύμφωνον adjungere. Is autem ut in ceteris moderatior, sic fœminas quoque non tantâ acerbitate insectatur, conjugij tamen solatium non parum elevat. *Sophocles Antigona.*

Μὴ

Μὴ νῦν ποτ' ὦ παῖ τὰς φρένας ὑφ' ἡδονῆς
Γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς, εἰδὼς ὅτι
Ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίνεται
Κακὴ γυνὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. τί γὰρ
Γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον, ἢ κακὸς φίλος.

Ne fili mi, mentem unquam libidine percitus mulieris caussâ projicias. *S*ed ſcito frigidum eſſe fomentum mulierem improbam tori conſortem in ædibus: quod enim poteſt tetrius eſſe ulcus, quam malus amicus? huic, opinor, ne fœminæ quidem ipſæ ſuccenſent. Malas enim notavit, bonas non læſit: & hæc Creon Antigonæ dicit iratus, quæ tanta pietate in fratrem occiſum fuit, quanta vix in viris invenitur. Age nunc ad Comicos convertamus: è quibus quàm multa Athenæus libro memorato congeſſit opprobria in fœminas, piget & pudet aſcribere! unum tamen aut alterum libabo de multis: plura qui volunt ipſum adeant. Nobis enim non vacat nunc operam dare curioſis hominibus. Omittam autem quæ collegit in ſcorta & famoſas mulieres, quia nihil ad inſtitutum pertinent, ponam quæ protulit ψέγων τὸ τῆς γαμετῆς ὄνομα. *Alexis*.

—— ὦ δυστυχεῖς πεπρακότες
Τὴν τοῦ βίου παρρησίαν, καὶ τὴν τρυφὴν,
Γυναιξὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων.
Ἔπειτ' ἔχειν προῖκ' οὐχὶ τιμὴν παρόμεθα,
Πικρὰν γε καὶ μεστὴν γυναικείας χολῆς.

O infelices, venditâ vitæ libertate & deliciis, uxoribus ſervi vivimus pro liberis. dein dotem habere non honorem ſuſtinemus, acerbam quidem, & plenam muliebris jurgij. ſic noſter *Plautus*. Accepi argentum

gentum, dote imperium vendidi. & Iuv. Intolerabilius nihil eſt, quàm femina dives. Pergit Græcus.

Οἱ μὲν γε συγγνώμην ἔχουσιν ἀδικούμενοι,
Αὗται δ' ἀδικοῦσι καὶ προσεγκαλοῦσ' ἔτι.
Ὧν οὐκ ἐχρῆν ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν,
Ἀμελοῦσιν, ἐπιορκοῦσι: οὐδὲ ἓν κακὸν
Ἔχουσι καὶ κάμνειν λέγουσιν ἑκάστοτε.

Viri quidem dant veniant læſi. Ipſæ autem lædunt, atq́; ultrò etiam, inſuper accuſant. Quibus non debent, imperant, quibus autem imperare debebant, negligunt, peierant: nullum malum habent, & ſe ægrotare nunquam non ſimulant. *Eubulus.*

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ' ἐγὼ ποτὲ κακῶς
Ἐρῶ γυναῖκας; νὴ Δί' ἀπολοίμην ἄρα,
Πάντων ἄριστον κτημάτων. εἰ δ' ἐγένετο
Κακὴ γυνὴ Μηδεία, Πηνελόπεια δὲ
Μέγα πρᾶγμ'. ἐρεῖ τις ὡς Κλυταιμνήστρα κακή.
Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστήν. ἀλλ' ἴσως
Φαίδραν κακῶς ἐρεῖ τις. ἀλλὰ νὴ Δία
Χρηστή τις ἦν μέντοι. τίς; οἴμοι δείλαιος,
Ταχέως γε μ' αἱ χρησταὶ γυναῖκες ἐπέλιπον.

O Iupiter multum honorabilis. Ego ne ut unquam maledicã mulieribus omnium optimæ poſſeſſionũ? tum tu me perdas licet. Quid ſi Medêa mala erat mulier: at Penelope magnum exemplũ pudicitiæ. dicet aliquis, improba erat Clytemnæſtra. Alceſtin continuò oppoſui bonam: at Phædræ fortaſſe maledicet aliquis. at herclè tamen bona eſt aliqua. quęnam? væ miſero mihi: quám citò me bonæ mulieres defecèrunt. Lepidè ſanè: quòd cúm ſibi propoſuiſſe videatur, ut laudaret bonas feminas, atq́; enumeraret,

meraret, plus duabus non potuit nominare. *Iuvenalis.*

Certè sanus eras: uxorem Posthume ducis
Dic quâ Tisiphone, quibus exagitate colubris.

Et mox.

---- Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cæde iuvencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Sed credo istos homines incidisse in malas aliquot mulieres, atq; ex illis totum genus odisse. vt qui credunt pecunias, si quibus crediderint, fidem semel atque iterum fallant, nemini postea credunt. Et vnus atq; alter ingratus multorum liberalitatem cohibent. Quis negat multos improbos esse viros cuiusq; generis? num quis idcirco paucorum improbitate offensus aspernatur omneis? Sed tamē, ut dixi, cùm communi sexus infamiâ multi, tum aliorum exemplis, qui rem infeliciter experti sunt, permoti, & simul quia hanc vitam videbant multis molestiis implicatam, cœlibes esse & liberi maluerunt. Itaque olim leges erant, quæ vel invitos adigerent homines ad matrimonium. Magni etiam honores habiti, & prœmia legibus constituta iis, qui curas matrimonii non refugêrunt. Iura quædam data sunt Romæ patribus trium liberorum, tanquam exequutis magnum aliquod munus. Itaque Aristoteles coniugium, & liberorum procreationem, λειτουργίαν appellat: cuius uxorio hoc seculo nemo vult esse ἀτελὴς. Aristot. lib. 7. Polit. cap. 16. πόσον χρόνον λειτουργεῖν ἁρμόττει πρὸς τὴν τεκνοποιΐαν διωρίσθω. Grave opus scilicet, & magnum munus.

Ager cāpanus assignabatur patribus triū liberorū. Dion. lib. 3. 7. Gel. lib. 2. ca. 15. Plin. li. 2. epist.

Idem

Idem 1. οἰκονομικῶν cap. 3. καὶ ἡ τῶν τέκνων κτῆσις, οὐ λειτουργίας ἕνεκεν τῇ φύσει μόνον οὖσα τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ ὠφελείας. Liberos quærimus, non ſolum ut naturæ munere fungamur, ſed etiam, ut nobis adjumento ſint atque ſolatio. *Hoc* alii dicunt ὑπηρετεῖν τῇ κοινῇ φύσει, communi inſervire naturæ. D, Hieronymus Oceano. *Illum natura & benedictioni Domini ſervientem, Creſcite & multiplicamini & replete terram: cubiculorum ſecreta texêrunt: te ſubantem ad coitum publica facies execrata eſt.* Servientem λειτουργοῦντα. eſt enim λειτουργία, quod nos dicimus *Service*. Egregium verò ſervitium, & amplâ mercede dignum. *Plato* quoque 6. de Legibus, officium hoc eſſe dicit naturæ & Deo debitum. Χρὴ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας παίδων καταλιπόντα ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὑτοῦ παραδιδόναι. Oportet perennem naturam aſſerere, & filios filiorum ſemper relinquentem Deo miniſtros pro ſe tradere. Quod ſi quis, inquit, huic legi ſua ſponte non pareat, ἀλλότριον δὲ αὑτὸν καὶ ἀκοινώνητον ἐν τῇ πόλει ἔχῃ, & cœlebs remanens triginta quinque ſit natus annos, multator quotannis, qui maximi cenſus eſt, centum drachmis: qui ſecundi, ſeptuaginta: qui tertii, ſexaginta: triginta, qui infimi: id autem eſto Iunoni ſacrum. Atque hanc pecuniariam multam conſtituit cælibatus. Eâ autem non contentus ignominiam addit, τιμῆς δὲ παρὰ τῶν νεωτέρων ἄτιμος πάσης ἔστω, καὶ μηδεὶς ὑπακουέτω μηδὲν αὐτῷ ἑκὼν τῶν νέων. ἐὰν δὲ κολάζειν τινὰ ἐπιχειρῇ, πᾶς τῷ ἀδικουμένῳ βοηθείτω καὶ ἀμυνέτω, μὴ βοηθῶν δὲ ὁ παραγενόμενος, δειλὸς τε ἅμα καὶ κακὸς ὑπὸ τοῦ νόμου πολίτης εἶναι λεγέσθω. *Honoris* autem à minoribus expers om-

nis esto: nemoque ei, nisi coactus, obtemperato re vllâ, iuvenum. quod si castigare aliquem tentet (licebat autem cuiuis seniori iuniorem ἀσχημονοῦντα castigare Platonis legibus) omnis iniuriâ affecto auxilium ferto, & defendito. si non ferat, qui aderit, timidus, atque ignavus civis à lege habetor. Massilienseis, gravis populus & bene moratus, vix satis fidos putabant patriæ cives, qui vitam agebant cœlibem: nullumque mandabant magistratum nisi ijs, quorum coniuges & liberos quasi obsides & pignora tenerent. iis enim solis caram esse patriam, qui ipsi in patria haberent, quo nihil est carius. auctor Valerius maximus. Idem liber 2. Capit. 9. laudat Camillum & Posthumium censores, quòd æra, pœnæ nomine eos, qui ad senectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre iussêrunt, additâ hâc increpatione: *Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit: parentésque, vos alendo nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligavêrunt*: iterumque animadversione dignos censebant, si vllo modo de tam iustâ constitutione quererentur. Apud Lacedæmonios, erant δίκαι non solùm ἀγαμίου, sed etiam ὀψιγαμίου; non modo si nullam, sed si quis serò nimis duxisset vxorem. vnde illud apud Athenæum de eo, qui iam senex novam nuptam habuit, ὅτι ἡνίκ' ἐχρῆν δύειν τότ' ἄρχεθ' ἡδύνεσθαι, quòd cùm iam occidere oportebat, tum inciperet voluptatibus se dedere. vt Sara ad Angelum dixit Geneseos 18. אחרי בלתי היתה לי עדנה, postquam cõsenui, voluptati

Auctores Pollux & Plutarchus fine Lysandri.

operam

operam dabo Aquila μετὰ τὸ κατατεθῆναί με ἐγένετό μοι τρυφερία. Quid? quòd Cicero 3. de finibus, *cùm autem, inquit, ad tuendos conservandosq́ homines hominem natum esse videamus, consentaneum est huic naturæ, ut sapiens velit gerere, & administrare remp. atque ut è natura vivat, uxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Ne amores quidem sanctos à sapiente alienos esse arbitrantur.* Sentio me hoc loco diutius hærere: est enim εὔπορον πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἄχαρι. Sed concionem Augusti super hac re egregiam, quæ extat apud Dionem principio lib. 56. prætermittere non possum. Nam quum equites contenderent, ut lex antiqua de ijs, qui nec liberos procreabant, & uxores recusabant, abrogaretur, Cæsar advocatis in concionem, & separatis, tum qui sine uxoribus erant, tum qui uxores cum prole habebant, quum hos longè quàm illos, pauciores videret, & ægrè tulit, & graviter cœlibes increbuit. At nunc si viueret, non esset cur de cœlibum multitudine conquereretur Augustus, potiùs indignaretur plena esse omnia coniugatis, aut saltem τῶν γαμησειόντων, & nuptiatoribus, ut vocat Hieronymus, qui neque habere uxores ut decet, neque carere possunt. Sed audiamus verba imperatoris; qui & alia multa egregiè de coniugij dignitate, & hæc in primis disputat: rem repetit à primâ rerum Romanarum origine. Cum essemus, inquit, pauci in initio, nuptijs, & procreationi liberorum operã dando, omneis homines non εὐανδρίᾳ solùm, sed etiam πολυανθρωπίᾳ superavimus, quorum memores oportet, inquit, τὸ θνητὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀϊδίῳ

δια-

διαδοχῇ γενῶν, ὥσπερ τινῶν λαμπαδίων, παραμυθεῖσθαι, ἵν' ἐν ᾧ μόνῳ τῆς θείας εὐδαιμονίας ἡττώμεθα, τοῦτ' ἐξ ἀλλήλων ἀθάνατον καθιστώμεθα. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὰ μάλιστα ὁ πρῶτος καὶ μέγιστος ἐκεῖνος θεὸς ὁ τεκτηνάμενος ἡμᾶς, διχῇ τε διεῖλε τὸ θνητὸν γένος, καὶ τὸ μὲν ἄρρεν αὐτοῦ, τὸ δὲ θῆλυ ἀποδείξας, ἔρωτα καὶ ἀνάγκην σφίσι τῆς πρὸς ἀλλήλους συνουσίας ἐνέβαλε, καὶ γόνιμον τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν ἐποίησεν, ὅπως ἐκ τῶν ἀεὶ γεννωμένων, ἀΐδιον τρόπον τινὰ καὶ τὸ θνητὸν ἀπεργάσηται. mortalitatem naturæ nostræ perpetua generum successione, tanquam quarundum Lampadum, consolari, vt quo solo à diuina beataque natura vincimur, hoc ex mutua coniunctione immortale præstemus. propter hoc enim in primis summus & maximus ille Deus, qui nos condidit, & bifariam genus mortale divisit, &, cùm aliud eius mas, aliud feminam edidisset, amorem & necessitatem ipsis mutuæ coniunctionis iniecit, & fœcundam fecit congressionẽ eorum, vt ex ijs, quæ quotidie gignerentur sempiternum quodam modo mortale efficeret. Sunt hæc divinitus dicta, atque è media Philosophia Aristotelis & Platonis excerpta, sed legant: qui volunt ipsam orationem. ἐγὼ γὰρ ἤδη πρὸς τὸ μῆκος τῶν λόγων ἀπαγορεύω. Scio autem istos, quos imperator tam graviter inculat, non odio feminarum, neque vt castè viverent, abhorruisse à nuptijs, essent enim omnium optimi, sed partim διὰ δυσχερείας τινὰς τοῦ πράγματος, partim vt impunius scortarentur. Si qui autem nunc sunt hoc animo, quos audio plureis esse, quam vellem, audiant Augu-

ſtinum, qui negat ferendum eſſe, vt qui licitis atque conceſſis cum Dei voluntate & bonâ veniâ nolit vti, is contra Dei imperium ſibi illicita, & nefaria indulgeat. Sed pravitate naturæ Nitimur in vetitum ſemper cupimus que negata: ea autem aſpernamur, quorum ſit copia.

Secundas nuptias plureis improbant. Eubulus Chryſilla apud Athenæum.

Κακῶς ἀπόλοιτ᾽ ὅστις γυναῖκα δεύτερον
Ἔγημε. τὸν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐρῶ κακῶς.
Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρος, οἶμαι, κακοῦ·
Ὁ δ᾽ οἷον ἦν γυνὴ κακὸν πεπειραμένος.

Sic enim haud dubiè legendum, non πεπειραμένος, vt liquet ex adverſo vocabulo: quamvis ſyllabarum numerus in verſu non convenit. Ariſtophon.

Κακὸς κακῶς γένοιθ᾽ ὁ γήμας δεύτερον
Θνητῶν. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος οὐδὲν ἠδίκει.
Οὔπω γὰρ εἰδὼς οὗτος οἷον δὴ κακὸν
Ἐλάμβανεν γυναῖκ᾽, ὁ δ᾽ ὕστερον λαβὼν
Εἰς πρόπτον αὐτὸν εἰδὼς ἐνέβαλεν κακόν.

In proviſum ſe prudens coniecit malum. Improbe Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit. Diodorus Siculus, de Charonda, qui Thuriis Leges tulit. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῖς μητρυιὰν κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ἐπαγομένοις ἔθηκε πρόστιμον, μὴ γίνεσθαι συμβούλους τούτους τῇ πατρίδι, νομίζων τοὺς κακῶς περὶ τῶν ἰδίων τέκνων βουλευσαμένους καὶ συμβούλους κακοὺς ἔσεσθαι τῇ πατρίδι. ἔφη γὰρ τοὺς μὲν πρῶτον γήμαντας, καὶ ἐπιτυχόντας δεῖν εὐημε-

ἡμεροῦντας καταπαύειν, τοὺς δ' ἀποτυχόντας τοῦ γάμου καὶ πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας ἄφρονας δεῖν ὑπολαμβάνεσθαι. Primum enim novercam ſuper inducentibus adverſus proprios liberos poſuit hanc pœnam, ne eſſent à conſiliis patriæ, quòd exiſtimaret eos, qui malè ſuis liberis conſuluiſſent, nec bene conſulturos patriæ. Dicebat enim qui primum duxiſſent feliciter vxores, oportere eos re bene geſtâ finem facere: at qui infelices fuiſſent in nuptiis, atque iterum in eodem peccarent, ſtultos eſſe habendos. Κουρίδιος πινυτῇ πόσις ἄρκιος. Naumachius. Nec prætereundus eſt ille adoleſcens, qui cùm patrem rogaſſet, vt ſibi daret vxorem, cui iam maturus videbatur, & pater reſpondiſſet, mi fili volo te priùs ſapere: immò verò mi pater, inquit, ſi illud tempus expectas quum ego ſapere incipiam, tu me non poteris vllâ vi cogere vxorem velle accipere. hic cenſuit contra Ciceronem non eſſe ſapientis vxorem velle adiungere. Tale eſt illud Thalêtis notiſſimum. Mater ad eum venit. Mi fili tu nimis intentus es ſtudiis. iam tempus te poſtulat vxorem ducere. Mater mea, inquit, οὔπω καιρὸς, nondum tempus eſt. quiêvit illa annum vnum aut alterum. deinde intervallo rediit, quum ille iam eſſet paullò provectior ætate, atque eadem illa admonuit: tum Philoſophus, qui nihil vnquàm de iilis ineptiis cogitauit οὐκ ἔτι καιρὸς, non iam tempus eſt inquit. ita vir ille ſapientiſſimus iudicauit nullum tempus opportunum huic negotio. Quorſum hæc tam multa? non vt ſuadeam, aut diſſuadeam.

Sciebam enim me frustra fuisse facturum, litusque araturum. nam neque οἱ ὁρμήσαντες γαμεῖν vllo modo reprimi possunt, neque οἱ ἀφορμήσαντες vllis, vt ego opinor, conditionibus adduci. & hæc scilicet res vna, si vlla, fato gubernatur.

Iuv. *---fatum est in partibus illis,*
Quas sinus abscondit.

Aesch. Eumen. Εὐνὴ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς μόρσιμος.

Torus viri & feminæ fatalis. Itaque de quodam impari atque inopinato coniugio rectè Pindarus ἀλλὰ μόρσιμον ἦν: ac si quis diceret, miramur Nisam Mopso datam? fatale erat vtrique. Vt Euripides censuit, non tam fatum hic, quàm fortuna dominatur. Sic enim ille finivit hanc omnem controuersiam.

γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθεστᾶσι βροτῶν
μακάριος αἰών· οἷς δὲ, μὴ πίπτουσιν εὖ,
τά τ' ἔνδον εἰσὶ, τά τε θύραζε δυστυχεῖς

Nuptiæ, quibus bene sunt constitutæ mortalium, beatè ætatem exigunt: quibus autem minus ceciderint bene, hij domi sunt forisque miseri. habuêrunt hæc, vt spero, non iniucundam διατριβήν. Nunc ad Lysiam revertamur.

Ὥστε μήτε λυπεῖν μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι) Primùm statuere debes an velis habere vxorem: cùm habueris, videndum, πῶς χρηστέον. Nunc igitur optimè describit Mariti in vxorem officium: & quemadmodum vxores à viris sunt habendæ, breviter & pulchrè docet. Nempe ita habendæ sunt, vt duo vitia, quæ maximè sunt inter se contraria, vitentur. Quidam enim reperiuntur nimis duri in vxores, easque, vt barbari, non multò secùs habent

ac servos suos (inquit Aristoteles) qui nihil vxoribus indulgent, nihil ignoscunt, atque in omnibus aduersantur: contristare non curant: læto atque hilari vultu nunquam aspiciunt: placere verò coniugibus, aut morem gerere vlla re scelus existimant. Hij sunt homines invenusti, & ἀναφρόδιτοι: quibus ego suaserim, quod Plato Xenocrati, qui erat naturâ nimiùm severus, & tristis, θύειν ταῖς χάρισι, Gratijs immolare. Aliud est huic diversum genus, planeque contrarium, qui vxoribus obnoxij, in omnibus, quæ volunt, obsequuntur: qui nihil illis denegant: castigare, aut verbo reprehendere non audent: aurum, vestem, atque ancillas parant, sumtus suggerunt: denique lenes sunt nimiùm ac faciles, quodque probrum est vel maximum, γυναικοκρατούμενοι. Quibus auctor sum, quoniam ius suum in vxores, & maiestatem imperij retinere non possunt, vt ipsi sumant fusum, & colum: domi, instar Sardanapali, in gynæcéo desideant: pensa atque officia ancillis distribuant: coniugibus sua munia concedant: foras ire patiantur, militiam, & civilia negotia obire. Non enim iure possunt id dicere vxoribus, quod matri Telemachus. οἰκουρεῖν viris indecorũ.

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε Odyß.
Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί. τοῦ γὰρ ἐκεχεῖος ἐσ' ἐνὶ οἴκῳ.

Sed in domum abiens, tua cura negotia, telam & colum: atque ancillas iube pensum exequi:

ſermones autem viris curæ erunt omnibus, mihi potiſſimùm: cuius ſumma eſt poteſtas, atque imperium in domo. Hæc filius ad matrem prudentiſſimam feminam, & modeſtiſſimam: & non pudet maritos coram vxoribus non audere mutire? adoleſcens matrem docet ſuum officium, vxores viri non docebunt? hic ſibi imperium domi vindicat à matre: quæ foris etiam agenda ſunt, coniugibus illi remittent? atqui Penelope filio potuit dicere, immo tu curares tuas forenſcis & externas, mihi intùs relinque domeſticas. tantiſper enim dum pater abeſt, meum eſt imperium domi. nihil huiuſmodi dixit, obmutuit, autoritatem & conſtantiam filii mirata in cænaculum vbi erat frequens, ſe recepit. Telemachus ergò paullò antè rectè & μεγαλοφρνῶς.

Αυτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ εἰμ' ἡμετέροιο.

Ego meæ domus ſum dominus, at non iſti, qui & ſe & res ſuas omneis vxorum arbitrio permittunt. Atq; hoc genus vtrunq; à rectâ ratione deflectit. Sed magis ſunt in vitio, magiſque peccant, meâ quidẽ ſententiâ, qui malunt nimis duri eſſe, quàm valdè faciles. Tertium eſt genus eorum, qui illam auream mediocritatẽ tenent, & modũ, qui in aliis omnibus rebus eſt optimus, hic quoq; cõſervant. Nã neq; in omni re ſuccũbũt vxoribus (vt fatui ſolẽt) neq; in omnib⁹ obſtinati repugnãt: ſed multa illis remittũt, ſi id facere æquũ eſt, ac bonũ: multa de ſuo iure concedũt, quæ fas eſt ſcilicet. verũ ſicubi per imprudentiã, aut ſexus imbecillitatem errare aut labi viderint, faciunt quod ſuum eſt officiũ: reprehendunt, monent: poſtre-

poſtremo, ſi ſit opus, nonnunquam etiam acrius obiurgant: nam ultra quidem progredi nephas iudico. εὐφημεῖν χρή. Denique civile eſt imperium viri in uxorem, ut inquit *Ariſtoteles*, ἀρχὴ πολιτικὴ non δεσποτική. Hoc ubi fit, ibi verè vivitur, & arctiſſima hæc ſocietas ſanctiſſimè conſervatur. Plutarchus præceptis conjugalibus. *Divites atq; Reges honore afficientes Philoſophos maiori cum dignitate & ſe, & illos pariter ornant: at Philoſophi ſi divites colant, non illorum exiſtimationi quicquam addunt, ſed ſua detrahunt. Hoc ita etiam accidit in mulieribus. ſubijcientes enim ſe viris laude ſunt digna.* κρατεῖν δὲ βουλόμεναι, μᾶλλον τῶν κρατουμένων ἀσχημονοῦσιν. *At ſi imperare volunt magis ſe dedecorant, quàm quibus imperant.* Eſt enim multo fœdius uxores cum imperio videre in domo, quàm viros ſine imperio. κρατεῖν δὲ δεῖ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς οὐκ ὡς δεσπότην κτήματος, ἀλλ' ὡς ψυχὴν σώματος συμπαθοῦντα, καὶ συμπεφυκότα τῇ εὐνοίᾳ, *coercere autem debet vir fœminam, non ut dominus ſervum, ſed ut anima corpus, pariliter affectus atque amore conglutinatus.* Talis eſt enim convenientia atque conſenſio corporis atque animi. *Ut igitur corpus curare licet non inſervientem corporis voluptatibus & deſiderijs,* οὕτω καὶ γυναικὸς ἄρχειν εὐφραίνοντα καὶ χαριζόμενον, ſic imperio tenere uxorem licet lætitia afficientem & indulgentem. λυπεῖν enim non modo viri, ſed vix hominis eſt. Apud nos conjuges noſtræ liberius habentur, majorque eis habetur honos more noſtro, quàm apud exteras nationes. Habent in menſa primos accubitus, quod aliorum inſtitutis & moribus non fit:

jure

jure illis cavetur de triente prædiorum ac bonorum omnium, si viris fuerint superstites. Denique apud nos nulla unquàm lex lata est ad fœminas coercendas, ut Oppia apud Romanos: quam Porcius Cato, cùm ageretur de eius abrogatione luculentâ oratione apud Livium suadet. Erat autem lex lata ad luxum fœminarum in cultu corporis comprimendum. *Date frenos*, inquit, *impotenti naturæ & indomito animali, & sperate ipsos modum licentiæ facturos, nisi vos facietis*. Itaque Galli mirantur hunc morem: estq; in Gallia tritum sermone proverbium: Angliam esse ut illi loquuntur, *Le paradise de femmes*, *Le purgatoire de serviteurs*, *L'enfer de chevaux*. Quod feminæ sunt optimâ conditione apud nos. Servi deteriore. Caballi pessimâ. Itaque illi conjugibus suis adimunt, quod servis indulgeant. Nam apud eos, sicuti ego accepi, vix internoscas servum á domino: stant enim uterque operto capite. sed ἄλις τούτων. Præceptum Agamemnonis Vlyssi de hac re mihi videtur durius: tamen probatur à multis.

Οδυσσ. *Τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι.*
Μηδ' οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν, ὅν κ' εὖ εἰδῇς.
Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι.

Monet ne sit uxori placidus unquam: neu totum ei consilium credat: sed partem indicet; partem celet. Tu eam quicquam celes, quam vitæ sociam delegisti, atque utriusque fortunæ participem? Sed Agamemnon propter scelus unius, iure infensior est omnibus. Itaque hæc dicit apud inferos dolore adhuc recenti. Quanto meliùs Plutarchus γαμικοῖς παραγγέλμασι. *Qui equus*, inquit, *propter imbecillitatem*,

tem, aut molliciem insilire non possunt, docent eos in genua procumbere: sic quosdam videas, qui coniuges generosas, aut divites accepêre, non se meliores facere, sed illas coercere, ut humilioribus utantur. δεῖ δὲ ὥσπερ ἵππῳ, τὸ μέγεθος φυλάττοντα καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς γυναικὸς χρῆσθαι χαλινῷ. Oportet autem ut equi, sic uxoris amplitudine, & dignitate servatâ, uti fræno. Vis ne in civilibus quidem imperiis usquam adhibenda: hic verò minimè. πειθὼ καὶ χάριτες plus valent. Quâ de re Plutarchus hanc narrat fabulam. Sol boream vicit: homo enim, vento per vim vestem auferente, & flante vehementiùs, magis astrinxit continuitque arctiùs amictum. Idem sole incalescente æstuans, tunicam quoque unâ cum pallio reiecit. Hoc faciunt, inquit, multæ mulieres: viris enim per vim luxum sumtumque minuentibus repugnant & sæviunt. Sin obsequantur cûm ratione, paullatim fiunt suâ sponte moderatæ. Hinc veteres, inquit, τῇ ἀφροδίτῃ τὸν ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν, τὴν τε πειθὼ καὶ τὰς χάριτας, ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων ἃ βούλονται. Cum venere posuêrunt Mercurium: & Suadam ac Gratias: ut invicèm blandimentis, quæ volunt, impetrent. Quin ipsa ἀφροδίτη tollit omnes offensiunculas, & sæpe inter coniuges componit graves iras atque discordias auctore Plutarcho: qui ideo monet, ne, ut fieri solet, ex rixis & jurgiis, secubent, idque *Homerum* olim docuisse, quum Iunonem inducit ita loquentem. Iliad.

—καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω

Εἰς εὐνὴν ἀνέσασα ὁμωθῆναι φιλότητι.

Diu enim ait propter offensiones aliquas abstinuisse

nuisse Oceanum, & Salaciam concubitu. Nec minus rectè Euripides.

Ἐκ τοῦ σκότους γὰρ, νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων
φίλτρων τ' ὁμοῦ τε, τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις.

Ex tenebris enim nocturnisque amplexibus, & philtris simul, gratia magna mortalibus. Insigne est igitur illud eiusdem Plutarchi *Symposio.* οὐκοῦν οὐδὲ τῆς ἀφροδίτης ἔργον ἐστὶ συνουσία καὶ μῖξις, οὐδὲ τοῦ Διονύσου μέθη καὶ οἶνος· ἀλλ' ἣν ἐμποιοῦσι διὰ τούτων φιλοφροσύνην, καὶ πόθον, καὶ ὁμιλίαν ἡμῖν, καὶ συνήθειαν πρὸς ἀλλήλους. Igitur nec veneris est opus congressus, aut coitus, nec liberi vinum atque ebrietas: sed quam ingenerant per hæc comitatem, & desiderium, & familiaritatem nobis, ac consuetudinem mutuam. Sed ne latiùs evagêmur, referamus nos unde degressi sumus. Non possum igitur hac una re scilicet veterum Romanorum probare instituta, qui suas uxores tam durâ disciplinâ atque inclementer habuerunt. Horum enim moribus vir in uxore coercenda summam autoritatem habuit. Vt Dionys. Halicar. testatur: & liquet ex oratione M. Catonis apud Livium lib. 33. *Maiores,* inquit, *nostri nullam ne privatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. Nos (si Dis placet) etiam rempub. capessere eas patimur, & foro quoque, & concionibus, & comitiis immisceri.* Idem ius erat Atheniensibus. Nam eorum fœminæ nuptæ, viris atque parentibus mortuis, in fratrum recidebant potestatem: ab eisque iterum nuptum dabantur, ut constat ex multis orationibus Demosthenis. Semperque habebant aliquem, quem appellabant

bant κύειον, (quem Livius vocat auctorem) ſine quo nihil erat ratum quod agerent. Et ſi qua litem habebat in foro, præco vocabat ἡ δεῖνα καὶ ὁ κύειος, ut docet ſchol. Ariſtophanis. Sed Græcos omittamus. *Hac* de re etiam quædam extant ex oratione vera *Catonis* (nam hanc ei Livius affinxit) apud Gellium lib. 10. cap. 13. *Vir*, inquit, *in uxorem imperium, quod videtur, habet: ſi quid perverſè tetrèque factum eſt à muliere, multatur.* Quid, quod committitur à viris? erit ſcilicet impunè. At iure graviori ſupplicio luendum erat, quanto maior illorum firmitas, harum imbecillitas. *Si vinum bibit: ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur:* nimis cenſoriè. Viris igitur inebriari licebit, fœminis vel vinum guſtaſſe nephas erit? de vitæ neciſque autem poteſtate ſic ſcripſit, *In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, impunè necares: illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere:* æquiſſimè. Viri ſcilicet has leges tulerunt, in quibus ſui rationem habebant. Dionyſius *Halicarnaſſeus*, lib. 2. Ἁμαρτάνουσα δὲ δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύειον. ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον. ἐν οἷς ἦν φθορὰ τοῦ σώματος, &c. Si peccaſſet autem, pœnam luebat ex mariti læſi arbitrio: crimina propinqui mulieris cum viro cognoſcebant, in quibus erat violata pudicitia. & (quod apud Græcos videretur leviſſimum) ſi deprehenſa eſſet vinum bibiſſe mulier. Nam utrunque damnavit Romulus, ut delictorum muliebrium ultima, φθορὰν μὲν ἀπονοίας ἀρχὴν νομίσας, μέθην δὲ φθορᾶς.

Ratus ſtuprum deſperatæ audaciæ principium eſſe, temulentiam verò ſtupri. At Valerius Meſſallinus apud Tacitum annalium 3. *Multa*, inquit, *duritie veterum meliùs & lætiùs mutatá: placuiſſe olim leges Oppias, ſic temporibus reipub. poſtulantibus: remiſſum aliquid poſteà, & mitigatum, quia expedierit. Fruſtrà noſtram ignaviam alia ad vocabula transferri. Nam viri in eo culpandi, ſi femina modum excedat.*

Μήτ' ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι) id eſt, in illius poteſtate, ut οἱ γυναικοκρατούμενοι. ſic τὸ ἐφ' ἡμῖν quod eſt in noſtra poteſtate. & iterum hac ipſa oratione, καὶ πάσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν εἶναι. Sophocles Electra.

Εἰσορᾶτέ που τὸν ἄνδρ' ἐφ' ὑμῖν.

Videtis virum in veſtra poteſtate. Eurip. Oreſte.

Σώθηθ' ὅσον γε τοὐπὶ μοί.

Servator quantum in me. Iul. ἐπὶ σοὶ τὸ κεῖναι περὶ αὐτῶν εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰσὶ πτήσιμοι. Tuum erit iudicare de eis, poſſuntne ad alios evolare. Nempe οἱ λόγοι. Plutarchus Dione. Ἅτε δὴ τὸ σύμπαν ἐπὶ πνεύμασι καὶ θαλάσσῃ πεποιημένοι τὸν πλοῦν. Nam qui navigant vita eorum eſt in poteſtate ventorum & maris, & ipſi ſunt ventorum ac maris ludibria. Dem. κατὰ Θεοκρίνου. καλὸν γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μήτε τοὺς νόμους, μήθ' ὑμᾶς αὐτοὺς, ἐπὶ τοῖς λέγουσι ποιεῖν. ἀλλ' ἐκείνους ἐφ' ὑμῖν. Honeſtum vobis eſt, iudices, nec leges, nec vos ipſos oratorum libidini tradere, ſed illos in veſtram poteſtatem redigere. Idem in illa περὶ συμμοριῶν. βούλεται γὰρ ἐκεῖνος οὐκ ἀνελὼν ἡμᾶς, ἐπ' ἄλλοις εἶναι. & contra Timocratem, ἐξήλειψεν ὅσον ἦν ἐπὶ τούτῳ, abolevit, atque delevit quantum erat in ipſo.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ παιδίον γίγνεται, ὅπισθεν ἤδη, ἡγούμενος

τούτῳ

τούτων οἰκειότητα μεγίστην) Prole susceptâ nuptiæ firmiores: ideoque communes liberi pignora vocantur: at in orbitate primùm alienationes animorum: mox jurgia, dissidia, postremò divortia. Multique Græcorum, plureis Romanorum uxores solâ infœcunditate objectâ repudiârunt. Drusus apud Tacitum Annalium 3. cùm id ageretur, ducerent ne secum uxores in provincias proconsules: *Se quoque*, inquit, *in Illyricum profectum, & si ita conducat, alios ad gentes iturum, haud æquo animo si ab uxore carissimâ, & tot communium liberorum parente divelleretur*. Dionys. *Halicarnass.* lib. 2. πρῶτος λέγεται ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα Σπόριος Καρβίλιος ἀνὴρ οὐκ ἀφανής, ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν τιμητῶν ὀμόσαι, τέκνων ἕνεκα γυναικὶ μὴ συνοικεῖν. ἦν δὲ στεῖρα ἡ γυνή. ὃς ἐπὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ, καὶ τοι δι᾽ ἀνάγκην γενομένῳ μισούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου διετέλεσε. Iurejurando adactus à censoribus se liberorum caussâ, quos cupiebat suscipere, cum illa conjuge non posse amplius vivere, id est, se nullam aliam dimittendi caussam habere præter unam sterilitatis. potest omitti τὸ μὴ, ut legamus γυναικὶ συνοικεῖν, & novam intelligamus vxorem quam Carvilius petebat. Sic enim Gell. de eadem re lib. 4. cap. 3. *Iurare a censoribus coactus erat, uxorem se liberorum quærendorum gratiâ habiturum*. Si retineamus τὸ μὴ, de suâ accipiendum, quam iam habebat. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *Repudium inter vxorem & virum à conditâ vrbe vsque ad vicesimum & quingentesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Carvilius vxorem sterilitatis caussâ dimisit, qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur,*

videbatur, reprehensione tamen non caruit, quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabantur.

Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ πασῶν ἦν βελτίστη) nec mirum. Erat enim adhuc, ut nos quoque vulgari proverbio dicimus Mensis mellitus, *Honie moone.* Hoc nos dicere solêmus de novis conjugibus, qui primò valdè diligunt inter se, & aliquandiu quidem optimè congruunt. Dulce enim à principio quidem, ut nulla res alia, conjugium, ad unum aut alterum forte mensem: sed paullò pòst quum satiatus est utriusque animus, ne solis conjugatis gaudia contingere putemus, suas quoque acerbitates habet, aut illi mentiuntur, qui periculum fecèrunt. Itaque per jocum jubentur à nobis νεόγαμοι, quos intra annum ac diem non pœnitet, ad certum locum adire, atque inde nescio quid præmij petere, & reportare: si priùs iuraverint se nihil càtenus ex nuptiis molestiæ sensisse. Scopæ recenteis verrunt mundiùs, ut est in altero proverbio. Quanquam Plutarchus nescio quas ἀηδίας commemorat, & δυσχερείας quæ νεογάμοις à primo oboriri solent, præsertim virginibus, quas continuò opprimendas monet, & devorandas.

Οἰκονόμος δεινὴ, καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα) Paucissimis verbis bonæ matrisfamilias virtutes atque officia complectitur. Nam in uxore requiritur. Primùm vt sit parsimoniæ dedita: domique omnia custodiat diligenter, quæ vir foris

quæsierit

quæſierit, atque in domum intulerit. Deinde ut rectè familiam gubernet, prudentèrque res domeſticas adminiſtret. Hæc duo officia noſter quidem brevitèr complexus eſt. Xenophon autem fuſiùs explicavit in eo ſermone qui inſcribitur οἰκονομικός. Inquit enim Iſchomachus, οὐ πάνυ ἔνδον διατρίβω, καὶ γὰρ δὲ ἔφη, τά γε ἐν τῇ οἰκίᾳ μου πάνυ καὶ αὐτὴ ἡ γυνὴ ἱκανή ἐστι διοικεῖν. Item ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ φυλάττειν τὰ εἰσενεχθέντα τῇ γυναικὶ προσέταξε, γιγνώσκων ὁ θεὸς ὅτι πρὸς τὸ φυλάσσειν οὐ κάκιόν ἐστι φοβερὰν εἶναι τὴν ψυχήν, πλεῖον μέρος καὶ τοῦ φόβου ἐδάσατο τῇ γυναικὶ ἢ τῷ ἀνδρεὶ, quoniam cuſtodire quæ inferuntur in domum mulieri mandaverat, ſciens Deus ad cuſtodiendum melius eſſe, ſi naturâ ſit timida, plus timoris ac formidinis addidit, atque impertivit uxori quàm viro. Item Iſchomachus ſic cum uxore agit. οἷς ἂν ἔργον ἔνδον ἐργαστέον, τούτων σοι ἐπιστατέον: καὶ τά τε εἰσφερόμενα ἀποδεκτέον: καὶ ἃ μὲν αὐτῶν ἂν δέῃ δαπανᾶν, σοὶ διανεμητέον (hæc eſt, οἰκονόμος δεινὴ) ἃ δ' ἂν περιττεύειν δέῃ προνοητέον, καὶ φυλακτέον (hæc φειδωλὸς ἀγαθή). quibus intùs eſt omne opus, his tu præeſſe debebis: quæque inferuntur omnia accipere, & quæcunque ex iis conſumere oportet, tibi diſtribuendum; quæ verò aſſervanda ſunt, providendum ac cuſtodiendum. Talis eſt illa ſtrenua materfamilias, quæ proverbiorum 31. deſcribitur. Huc libuit aſcribere illa Ariſtotelis οἰκονομικῶν 1. cap. 3. οὕτω προωκονόμηται ὑπὸ τοῦ θείου, ἑκατέρου ἡ φύσις τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς πρὸς τὴν κοινωνίαν, διείληπται γὰρ τῷ μὴ ἐπὶ ταὐτὰ πάντα χρήσι-

μον ἔχειν τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἔνια μὲν, ἐπὶ τἀναντία, εἰς ταὐτὸ δὲ συντείνοντα. τὸ μὲν γὰρ ἰσχυρότερον, τὸ δὲ ἀσθενέστερον ἐποίησεν. ἵνα τὸ μὲν φυλακτικώτερον ᾖ διὰ τὸν φόβον. τὸ δ' ἀμυντικώτερον διὰ τὴν ἀνδρίαν, καὶ τὸ μὲν πορίζηται ἔξωθεν, τὸ δὲ σώζηται ἔνδον: καὶ πρὸς ἐργασίαν τὸ μὲν δυνάμενον ἑδραῖον εἶναι, πρὸς δὲ τὰς ἔξωθεν θυραυλίας ἀσθενές. τὸ δὲ πρὸς μὲν τὰς ἡσυχίας χεῖρον πρὸς δὲ τὰς κινήσεις ὑγιεινόν. καὶ περὶ τέκνων, τὴν μὲν γένεσιν κοινὴν, τὴν δ' ὠφέλειαν, ἴδιον. τῶν μὲν γὰρ τὸ θρέψαι, τῶν δὲ τὸ παιδεῦσαί ἐστι. ad convictum ſic à Deo præparata eſt (utitur verbo rei, de qua agitur congruenti) utriuſque natura viri & fœminæ. Hoc enim diſcriminata eſt, quòd non ad eadem omnia utilem vim habet, ſed quædam habet ad contraria quidem, ſed in idem tendentia. Illud enim validius, hoc infirmius effecit : ut hoc quidem diligentius ſit ad cuſtodiendum propter timiditatem. illud ad vim propulſandam paratius propter fortitudinem. & vir quærat foris : mulier ſervet intus. & ad vitæ munia, hoc quidem quod poſſit ſedentariam vitam agere, ſed ad foris excubandum ſit debile. illud autem ad otia deterius: ad motus autem & jactationes ſalubrius. & creationem ſobolis communem: educationem propriam. hujus enim eſt alere, illius bonis artibus inſtituere.

Huc pertinent & illa apud Dionem ex oratione illa Cęſ. Auguſti, quam ante memoravi, de laudibus conjugij. πῶς μὲν γὰρ οὐκ ἄριστον γυνὴ σώφρων, οἰκουρὸς, οἰκονόμος, παιδοτρόφος, ὑγιαίνοντά τε εὐφρᾶναι καὶ ἀσθενοῦντα θεραπεῦσαι, εὐτυχοῦντί τε συγγενέσθαι καὶ δυστυχοῦντα παραμυθήσασθαι,

τοῦ τε νέου τὴν ἐμμανῆ φύσιν καθεῖρξαι. καὶ τοῦ πρεσβυτέρου τὴν ἔξωρον αὐστηρότητα κεράσαι; πῶς δὲ οὐκ ἡδὺ ἀνελέσθαι τέκνον ἐξ ἀμφοῖν συμπεφυκὸς, καὶ θρέψαι καὶ παιδεῦσαι εἰκόνα μὲν τοῦ σώματος: εἰκόνα δὲ καὶ τῆς ψυχῆς. ὥστε ἐν ἐκείνῳ αὐξηθέντι ἕτερον αὐτὸν γενέσθαι. πῶς δ' οὐ μακάριον ἀπαλλαττόμενον ἐκ τοῦ βίου διάδοχον καὶ κληρονόμον τοῦ βίου καὶ τοῦ γένους οἰκεῖον ἐξ ἑαυτοῦ γεγονότα καταλιπεῖν. καὶ τῇ μὲν, φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ διαλυθῆναι τῇ δὲ ἐκείνου διαδοχῇ ζῆσαι, καὶ μήτε ἐπ' ἀλλοβίοις ὥσπερ ἐν πολέμῳ γενέσθαι, μήτε ἄρδην, ὥστε ἐν πολέμῳ, ἀπολέσθαι. Quomodo non eſt optimum mulier pudica, domum ſervans, familiam adminiſtrans, liberos educans, quæ te poſſit, & bene valentem exhilarare, & valetudine affectum curare, & eſſe tecum in rebus proſperis, & in adverſis conſolari, & iuvenis ferocientem naturam coercere, & ſenis exoletam acerbitatem temperare? quomodo non iucundũ ſuſcipere prolem ex vtriſq; commiſtam, & alere atque inſtituere imaginẽ corporis, imaginẽ verò etiam animi, vt in eo cùm adoleverit, alterum ipſum videas? quî verò nõ beatiſſimũ, diſcedentẽ è vita ſucceſſorem & hæredem bonorum & generis domeſticum ex te genitũ relinquere? & naturæ quidem humanæ neceſſitate emori: illius autẽ vivere ſucceſſione, & neq; in alienorũ, quemadmodũ in bello fieri ſolet, poteſtatẽ recidere, neq; funditus, vti in bello, perire. heic obſerva primũ ἐπ' ἀλλοβίοις, in poteſtate alienorũ, de quo ſuprà ſatis multa attulimus exẽpla. nã qui inſtituunt hæredes extraneos & nõ ſuos vt iuriſcõſulti loquũtur, hij quodammodo ſunt in alienorum poteſtate, & eorum arbitrio ſua diſponunt, quod *Abraham*

veritus est Gen. 15. &, ut in bello fit, vel funditus intereunt, vel si servantur, libertatem penitùs amittunt. Deinde cùm περὶ τῆς οἰκονομίας disputemus, hìc usi sumus quadam οἰκονομίᾳ. Hæc enim supra suo loco ponenda erant, quum illam de conjugio tractavimus quæstionem : sed suis finibus expulsa ne hic quidem alieno considunt loco. Fecimus autem, quod diligenteis patresfamilias solent, qui cùm singula habent disposita, & suis locis attributa, ut Xenophon præcipit illo sermone οἰκονομικῷ (est enim τὸ τοπικὸν inprimis οἰκονομικὸν) si plura habeant, quàm quæ suo loco commodè possunt capi, conjiciunt in alienum, propinquum tamen, ut cùm velint facilè promant. sic nos quod loco proprio locare non potuimus, quia plenus erat, hic οἰκονομικῶς inculcamus non prorsus alieno; quòd si quibusdam fortè videamur locos hosce communeis qui plurimi incidunt, nimiùm refercire, & supervacuis rebus onerare : ab illis peto, ne me putent ambitione aliquâ, aut ostentatione eruditionis id facere, sed eâ potiùs de caussâ quam in præfatione innotescere illis voluimus. *Hesiodus* vetat omnia mercimonia in unum navigium conjicere : ego autem fore nonnullos (ut sunt multi malevoli) suspicor, qui nos dicant maximam partem nostræ lectionis in hanc scapham contulisse : qui tametsi falluntur, & errant, nos tamen hoc tempore eos suo non liberabimus errore : malo de nobis sentiant, infra quam supra nostram, quæcunque est, facultatem. interim in cursu

ſu ſuſcepto ventis aſpirantibus provehamur. οἰκονόμος (Atticum de femina) ὁ νέμων τὸν οἶκον. οἶκος autem τὰ χρήματα καὶ κτήματα res familiaris, ædificium οἰκία: ut docet Xenophon principio ſermonis illius: at κληρονόμος ὁ νεμόμενος τὸν κλῆρον: νέμεσθαι frui, poſſidere, Bud. fratres dicuntur νέμεσθαι τὴν πατρῴαν οὐσίαν, qui inter ſe partiuntur patrimonium. ἡ φειδὼ parſimonia, φειδωλὸς parcus, tenax. ἀκριβῶς διοικεῖν, ut ἀκριβῶς περιπατεῖν apud *Paulum*. ἀκριβῶς τι ποιεῖν eſt aliquid accuratè facere, & ſic ἀκρῶς ut nihil ſupra. ἀκριβῶς εἰδέναι certò ſcire, infra. Lucianus. δὶς κατηγορούμενος. ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς μετέβαλεν ἡ φιλοσοφία παραλαβοῦσα, ὁπόσοι μὲν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς χρηστοὶ ἀκριβῶς ἀπετελέσθησαν, ἀμιγεῖς ἑτέρων χρωμάτων. Poſteáquam enim eos novâ tincturâ philoſophia acceptos imbuit, qui quidem ad ſatietatem tincturam imbibêrunt, boni ſunt, exquiſitiſſimâ arte perfecti, quibus nihil diverſi coloris admiſtum. vitium eſt interdum velle aliquid facere λίαν ἀκριβῶς. Eurip. Hippol. οὐ δὲ στέγην γὰρ, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι, καλῶς ἀκριβώσειας, ne in tecto quidem, quo tegitur domus, rectè nimis multã operam collocaveris. Ex hoc loco τὸ ἀκριβοῦν videtur verbũ architectonicũ: quod ſi verum ſit, ἀκριβῶς propriè eſt quod Plaut⁹ ſolet dicere examuſsim, vel ad amuſſim κατὰ σταθμὸν. Théocritus ἀκριβῶς γράμματα γράψαι, de pictore, qui ducit lineamenta: hinc διακριβοῦσθαι τὸν λόγον. & ἀκριβολογεῖσθαι accuratam inire rationem.

Ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλασε) multa erant vitia in hac mulierculâ: ſed unum hoc laudabile, quód ſuum puerum ex ſe natum ipſa lactare voluit. ſed forſitan hoc fècit vel egeſtate, vel viri imperio coacta. Nam

multæ non modò non alunt ipsæ prolem suam, sed sæpè etiam necant, aut corporibus suis vim faciunt, fœtumq; ante extinguunt veneficiis, quam in lucem editur, quò liberiùs lasciviant, artesq; habent alias ejusmodi non minùs nepharias. quanquam hoc non libidine solum, sed etiam nonnunquam aliâ de caulsâ faciunt. ut mulier illa Milesia apud Ciceronem, quæ ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abêgit: & rei capitalis damnata est; quòd designatum reipub. civem sustulit. Et uxor Cn. Magij, quæ magno pretio, multisq; ab Oppianico muneribus acceptis spem illam, quam in alvo commendatam à viro continebat, victa avaritia sceleri Oppianici vendidit. Sed abortiones istæ non multò magis sunt ἄστοργοι quàm illæ traditiones alienis nutricibus. Egregia est apud Gellium dissertatio Phavorini Philosophi in hanc rem lib. 12. cap. 1. quâ suadet nobili cuidam feminæ, suum ut ipsa partum alat, nutricem non adhibeat. Nam cùm mater puerperæ nollet, ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoq; nutricandi grave ac difficile accedere, *Oro*, inquit, *te mulier sine eam totam ac integram matrem esse sui filij. quod est enim hoc contrà naturam imperfectum, atq; dimidiatum matris genus, peperisse, ac statim ab sese abjecisse, aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret, non alere nunc suo lacte, quod videat, iam viventem, iam hominem, iam matris officia implorantem* (Rhetoricum enthymema egregium) *an tu quoq;*, inquit, *putas naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nevulos venustiores, non liberorum alendorũ, sed ornandi pectoris causâ dedisse?* multa in

pro Cluentio.

ean-

eandem ſententiam ſeverè: ſed illud extremum, quo nihil gravius. *Non fruſtrà creditū eſt*, inquit, *ſicuti valeat ad fingendas animi atq; corporis ſimilitudines, vis & natura ſeminis, non ſecùs ad eandē rem lactis quoq; ingenia, & proprietates valere. Quæ (malùm) igitur ratio eſt nobilitatē iſtam nati modò hominis, corpusq; & animū benignè ingenitis primordijs inchoatā inſitivo degeneriq; alimento corrūpere? quoniā videlicet in moribus inoleſcendis magnā ferè partē ingenium altricis, & natura lactis tenent.* hæc ille. Hiſtorici ſcribunt ſævitię & crudelitatis Caligulę nullā aliam fuiſſe cauſsā, niſi quod nutricē habuit immanem ac barbarā. nam parētib⁹ ortus eſt omniū humaniſſimis Agrippinâ, & Germanico. Sed nutrix ejus uber ſuū, quod ſugeret, cruore imbuebat. ex quo tantâ feritate imbutus eſt infans, ut jam adultus atq; in imperio conſtitutus, cùm plurimas cædes quotidiè faceret, ſanguinē, quo tinctus eſt gladius, aut pugio, delingeret. hinc illud immane dictū. *utinam populus Rō. unā cervicē haberet*, uno enim ictu voluit truncare omnē pop. Rom. ut autor eſt Sueton. tàm atroci ingenio fuit, quod tamen maximâ partem à nutrice hauſerat. Titus Veſpaſiani filius infirmâ valetudine erat, per omnē vitam: hoc quoq; ille acceptum nutrici retulit. Hiis adſtipulatur Plutarchus *περὶ παίδων ἀγωγῆς. δεῖ (ὡς ἐγὼ ἂν φαίην) αὐτὰς τὰς μητέρας τὰ τέκνα τρέφειν: καὶ τούτοις ἐπέχειν τοὺς μαστούς. συμπαθέστερόν τε γὰρ θρέψουσι, καὶ διὰ πλείονος ἐπιμελείας, ὡς ἂν ἔνδοθεν, καὶ (τὸ δὴ λεγόμενον) ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν ἀγαπῶσαι. αἱ τίτθαι δὲ καὶ αἱ τροφοὶ τὴν εὔνοιαν ὑποβολιμαίαν καὶ παρέγγραπτον ἔχουσιν, ὥστε μισθοῦ φιλοῦσαι. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ φύσις ὅτι δεῖ τὰς μητέρας ἃ γεγεννήκασιν, αὐτὰς τιτθεύειν καὶ τρέφειν. διὰ γὰρ τοῦτο παντὶ ζώῳ τεκόντι*

τὴν ἐκ τοῦ γάλακτος τροφὴν ἐχορήγησεν. σοφὸν δὲ ἄρα καὶ ἡ πρόνοια· διττοὺς γὰρ ἐνέθηκε ταῖς γυναιξὶ τοὺς μαστοὺς, ἵνα καὶ εἰ δίδυμα τέκοιεν, διττὰς ἔχοιεν τὰς τῆς τροφῆς πηγάς. Oportet ipsas (ut ego censeo) matres liberos alere, eisque præbere mammas: nam & majore cum affectu, & majore cum curâ alent, ut intrinsecùs, & quod dicitur, à teneris unguiculis diligentes eos. at nutrices amorem supposititium habent, atque insititium, ut quæ mercede diligunt. Indicat verò etiam ipsa natura matrum esse officium quæ genuêre, ipsas nutrire, atque alere. Ob hanc enim causam cuivis animanti, quæ peperit, lactis suppeditavit alimentum. Sapientèr ergò Dei providentia bina addidit mulieribus ubera, ut etiam si gemellos parerent, binos alimenti fontes haberent. Arist. 1. Polit. cap. 5. ὅσα δὲ ζωοτοκεῖ, τοῖς γινομένοις ἔχει τροφὴν ἐν αὑτοῖς μέχρι τινός, τὴν τοῦ καλουμένου γάλακτος φύσιν. ergò debent alere ipsæ suos fœtus: natura enim nihil dedit frustrá: argumentum à destinatis. Hoc argumento Plato probat Menexeno, terram Atticam matrem esse Atheniensium, ipsosq; esse αὐτόχθονας, quòd hæc terra primum edidit mortalibus triticum, atq; hordeum: quo victu κάλλιστα, καὶ ἄριστα τρέφεται τὸ ἀνθρώπειον γένος. Eodem argumento laudat agriculturam Arist. primo οἰκονομικῶν cap. 2. primam enim agriculturæ laudem facit, ὅτι δικαία, secundam ὅτι τῶν κατὰ φύσιν. φύσει γὰρ ἀπὸ τῆς μητρὸς ἡ τροφὴ πᾶσιν ἐστιν· ὥστε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῆς γῆς. Naturâ à matre alimentum est omnibus: quare & hominibus à terrá. Quod si, inquit Plutarchus, Matres

per imbecilitatem hoc officium præstare non possunt, aut quòd alium partum accelerant, ἀλλὰ τὰς γιτνιῶσας, καὶ ἐσφοὺς οὐ τὰς τυχούσας, ἀλλ᾽ ὡς ἔνι μάλιστα σπουδαίας, δοκιμαστέον ἐστί. delectus habendus est, ut quam probissimæ nutrices legantur: quasi magnum momentum sit etiam in moribus. Athenis quoque fuisse hunc morem, qui nunc ubique obtinet, ut pauperculæ divitum liberos enutrirent, didicimus ex illa Demosthenis πρὸς εὐβουλίδην. Erat enim quidam nomine Euxius. is caussam de civitate dicebat. obiècit inter cetera Eubulides, quò non esse civem probaret, matrem eius fuisse nutricem, & operam locasse alendis aliorum liberis. id reus non negat, sed hoc eam fecisse ait coactũ egestate iniquissimis reipub. temporibus. deprecatur tamen, ne quod mater fecit necessariò, sibi præiudicium ullum afferat. hoc enim multis aliis contigisse. de quibus an cives essent, nemo quæsivit unquam. sic enim inquit, καὶ γὰρ νῦν ἀστὰς γυναῖκας πολλὰς εὑρήσετε τιτθευούσας: quas poteram vobis si sit opus nominare.

ἐθήλασε) θηλὴ est τιτθὸς (de quo mox) papilla, quæ ori interitur infantis. hinc θηλάζειν lactare, ut hic: & lactere ut illud ἐκ τοῦ στόματος νηπίων, καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. ex ore infantium & lactentium. hoc enim de fœtu dicitur, illud de matre. hinc Ἀθήνη Minerva, ut volunt Grãmatici pro ἀθήλη, ut ἦλθον ἤνθον Theoc. quod cerebro Iovis edita, matrem nullam habuit, neque nutricem: ὡς μὴ θηλάσασα Eustathius ὠδίνε μὲν γὰρ (φασιν) ἡ κεφαλὴ τοῦ διὸς, ἐφίσταται δὲ προσκληθεὶς ὁ ἥφαιστος: καὶ πλήττει πελέκει τὴν κεφαλήν: καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον ἐξέθορε τελεία κόρη ἔνοπλος. parturiebat Iovis

Iovis caput: Vulcanus autem advocatus præstò fuit: & caput securi percussit, quum quod conceptum erat, exiit virgo adulta in armis. Idem καὶ αὐτὴ ἐκ τοῦ μὴ θηλάσαι τὴν κλῆσιν ἔλαχε. θῶ γὰρ θήσω, θηλάζω. ut illud, ἐπηέτανον γάλα θῆσθαι annuum lac sugere, unde & ἀρνίον γαλαθηνὸν agnus lactens & τιθηνὸς ἡ τροφὸς (quæ & θηλαμὼν Lycophroni. αἱ αἱ τάλαινα θηλαμὼν κεκαυμένη, sic patriam Cassandra appellat incensam. & ἡ θηλὴ, & τὸ θῆλυ, & ἡ τίτθη. quam ita dictam vult Eustathius, quod sic mandat infanti τῆ θῆ, quod est λάβε καὶ θήλασον, accipe & suge. τῆ, τῆ, ut ζῶ ζῆ. imper. Vlisses vinum Polyphemo porrigens. Κύκλωψ τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα. hinc nostrum *Take à τάω*, τῶ. Veteres, inquit Eust. τήθην dixere μάμμην καὶ μαῖαν id est, matrem vel aviam Atticé. hinc τηθαλλαδοῦς, μαμμόθρεπτος. σκῶμμα τῆς εὐηθείας quòd qui sic delicatè educantur sub matribus, stolidi sunt ferè. Comicus quidam. ὀκνεῖς λαλεῖν; οὕτω σφόδρ᾽ εἶ τηθαλλαδοῦς, tam ne es stolidus? at qui nunc græcè loquuntur, *inquit*, τήθην intelligunt, τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα amitam aut materteram. Sic Demosthenes ἐν τῷ πρὸς μακάρτατον. Idem in illa πρὸς εὐβουλίδην, de qua diximus; ni fallor τὴν τήθην posuit ἀντὶ τῆς τίτθης, quod optimè etymo convenit Eustathii. μαῖαν autem τὴν ὀμφαλητόμον. i. obstetricem veteres dicunt. ut Plato Theæteto.

Πρῶτον μὲν οὖν [δεῖ γὰρ τοῦθ᾽ ὑμῖν διηγήσασθαι] ὑποστροφὴ sive ἐπιβολὴ: qualis illa apud Demost. πρὸς βοιωτὸν τε δ᾽ ἂν ἄρα (δεῖ γὰρ ἅπανθ᾽ ἡμᾶς ἐξετάσαι. & paulò antè ὁ πατὴρ δὲ (πάσα γὰρ εἰρήσεται ἡ ἀλήθεια, ὦ ἄνδρες δικασταὶ

κεσαὶ & Philippica 4. εἶτ' οἶμαι, δεῖ γὰρ ὡς ἐγὼ κρίνω λέγειν τἀληθῆ. Cic. pro Milone, fecerunt id servi (dicam enim non derivandi criminis caussâ, sed ut factum est) &c. Hermogenes. αἱ τοιαῦται ἐπεμβολαὶ καὶ ὑπτιότητα ἐξαιροῦνται τὴν ἐν ταῖς ἀφηγήσεσι, διακόπτουσαι τὸν λόγον, καὶ ποιοῦσαι κατ' αὐτὸ τὸ διακόψαι γοργότερον. Eximunt supinitatem, quæ est in narrationibus, inter scindentes orationem: & quátenus interscindunt, incitatiorem faciunt. Dem. pro Ctes. τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου: deinde abrumpit narrationem institutam hijs interjectis, οὐ δι' ἐμέ: οὐ γὰρ δὴ ἔγωγ' ἐπολιτευόμην πω τότε. sed brevis ἐπεμβολὴ, quales illæ superiores, efficit γόργον λόγον. i. torrentis instar rapidam. unde gurges. Longior si fuerit, qualis hæc, περιβεβλημένον i. productiorem, & ultrà justam periodum porrectam. brevis est apud Euripidem sæpissimè, vt Hippol. ἄναξ, θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών, ἆρ' ἄν τί μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ. & illa Hecuba, νῦν δ', οὐ γὰρ ἵησ' οὐρίας πνοὰς θεὸς, μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον. nunc autem, non enim mittit flatus secundos deus, manere necesse est, navigationem expectantes placidam. Longior illa apud Virgilium. *O socij (néque enim ignari sumus ante malorum, o passi graviora* usque ad illud. *Durate & vosmet rebus servate secundis*, quod ab Homero sumptum. ὦ φίλοι, οὐ μὲν γὰρ τι κακῶν ἀδαήμονες εἶμεν. frequens est σχῆμα Herodoto omnibusq; historicis. Terpsichore. καὶ (οὐ γὰρ ἔδεε τούτῳ τῷ στόλῳ Ναξίους ἀπολέσθαι) πρῆγμα τοιόνδε συνηνείχθη γενέσθαι. & (non enim fatale erat Naxios

hac

hac classe perite)tale quiddam usu venit. Ælianus lib. 12.cap.21. de Animalibus. λάθρα δὲ ἡ παῖς, ἦν γὰρ τῷ Βαβυλωνίῳ σοφώτερον τὸ χρεών, τίκτει ὑποπλησθεῖσα ἔκ τινος ἀνδρὸς ἀφανοῦς. Clam autem filia (erat enim rege Babylonio fatum solertius) parit gravida facta á viro quodam obscuro. Longiorem διακοπὴν si interponamus, utendum est ἐπαναλήψει διηγεῖσθαι est præire, & quasi in rem quam narramus inducere. idem ἀφηγεῖσθαι. Varro lib.5. de ling. lat. Narro cum alterum facio narum: á quo narratio per quam cognoscimus rem gestam: quæ pars agendi est.

ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κάτω τὴν γυναικωνῖτιν καὶ ἀνδρωνῖτιν prius est ἑρμηνευτικὸν posterius. nam γυναικωνῖτις erat suprà: ἀνδρωνῖτις infrà. γυναικὼν locus in ædibus feminis assignatus, vel in quo feminæ secubabant á viris. ut παρθενὼν in quo sunt virgines. Sic enim veteres virginũ pudori & pudicitiæ consulebãt. *Herodotus de Macedonibus*. lib.5. εἶπε φρὰς ταῦτα Ἀμύντης, ὦ Πέρσαι νόμος μὲν ἡμῖν γε οὐκ ἐστὶ οὗτος, ἀλλὰ ἄνδρας γυναικῶν κεχωρίσθαι; hic mos apud nos non est, sed viros á feminis seclusos haberi. Æsculus Promotheo. αἰεὶ γὰρ ὄψεις ἔννυχοι πωλεύμεναι Ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς, παρηγόρουν λείοισι μύθοις. Semper enim nocturnæ visiones in meum advenientes cubiculum consolabantur lenibus verbis. ξενὼν cubiculum hospitibus destinatum. Eurip. Alcest. Ἡρ. αἰσχρὸν παρὰ κλαίουσι θοινᾶσθαι ξένους. Ἀδμ. χωρὶς ξενῶνές εἰσιν οἷ σ' εἰσάξομεν. Her. turpe est apud lugentes epulari hospites. Adm. Seorsim cubicula sunt hospitibus parata. χωρὶς εἰσὶν κεχωρίσμεναι. Gen 41. ἀνέῳξεν Ἰωσὴφ πάντας τοὺς σιτοβολῶνας. aperuit horrea, in quibus frumẽta cõdũtur. τοὶ

con-

γυναῖκα εἰ σήκαζον εἰς τὸν γυναικῶ. α τ σκήνης, hinc γυναικωνίτις ὑποκοριστικὸν. *Paulus Æmylius* de matrefamilias Rom. *Mulier in convivium non adhibetur, nisi propinquorū: nec sedet nisi interiore parte ædiū, quæ gynæconitis appellatur.* sed usitatius latinis gynæceū. Cic. Philippica. 2. Syngrapha HS centies per legatos, viros bonos, sed timidos, & imperitos, sine Sexti, sine reliquorum hospitum regis sententiâ, facta in gynæcéo: quo in loco plurimæ res & venierunt, & veneunt. Plutarchus de curiositate, τὰς εἰς γειτόνων θυρίδας καὶ τὰς παρόδους τῆς πολυπραγμοσύνη ἔμφραξον. ἑτέρας δὲ ἀνοίξον εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν τὴν σεαυτοῦ, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. εἰς τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας. fenestras atque aditus curiositatis in vicinorum ædeis obstrue. alias autem aperi in tuam. &c. idem de lenitate. ὧν ἔνιοι τὸν θυμὸν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς ἀνδρωνῖτιν ἐκ εὖ μετοικίζουσι. videlicet qui iram faciunt cotem fortitudinis. de quo Cic. 4. Tusc. sed animi ira est omnis infirmi: eiusque proprium domicilium gynæconitis, non andronitis. Longinus. τὴν μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν οἴκησιν προσεῖπεν, ὡς γυναικωνῖτιν. τὴν δὲ τοῦ θυμοῦ, ὡς ἀνδρωνῖτιν. Plato locavit cupiditatem in jecore, iram in corde. Cic. 1. Tusc. ἀνδρῶνας *Vitruvius* scribit esse οἴκους, *in quibus virilia convivia solere esse, quòd eò mulieres non accederent.* Plinius ad Galium suum lib. 2. Epist. *Andron interjacens parietem cubiculi, hortique distinguit.*

Ἐγὼ μὲν ἄνω διητώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω) contra quam fieri solebat, commutatis domiciliis διητώμην ἤγαγον, degebam. Philostratus de vita Apollonii. εἰ γὰρ ὑπὲρ ἐμαυτὸν οἰκήσω πονήρως διαιτήσομαι. Si supra conditionem meam habitabo, male degam: ut qui

ni-

nimis magna mercede habitāt in alieno. Hor. Gloria quē supra vires & vestit, & ungit : ὑπὸ ἑαυτὸν : *above his calling*. tales sunt, qui cēsum in tergo ferunt,
2 de Arte. ut inquit Ovid. Plutarchus in Bruto. διητᾶτο μὲν παρὰ ξένῳ τινὶ. Herodotus Terpsichore. κρατέων ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἰκρίων, καλύβης, ἐν ᾗ διαιτᾶται. tenens quisq; super tabulata tugurium, in quo commoratur. Sophocles Oedipo Col.

--ἀλλ' ἐπιστάμην,
ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών.

Sed sciebam hospitē apud cives ut agere oportebat. Peregrini enim & incolæ officiū est nihil præter suū negotium agere, nihil de alio anquirere, miniméq. in aliena esse repub. curiosum. Cic. 1. offic. Idē ibidē, καὶ τὴν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκύ. dulce erat domi degere i. in patria. patriæ enim fumus igne alieno luculentior. Δίαιτα, διαγωγὴ, διατριβὴ, locus commorandi. ἀνδρωνῖτις δίαιτα τῶν ἀνδρῶν, ut γυναικωνῖτις γυναικῶν. sic antè Plutarchus, τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας famulorū cubicula dixit. Plinius Epist. quam citavi, *hinc turris erigitur: sub quâ diatæ duæ*. Epistola illa villæ magnificā descriptionē continet. Arist. Ethicorū. 1. cap. 6. τὸ ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν χρόνῳ καιρὸς. καὶ ἐν τόπῳ δίαιτα. ergo δίαιτα est τόπος, nec solùm τόπος, sed etiā τρόπος τοῦ βίου vitæ degendæ ratio. Pindarus ὀπιθόμβροτον αὔχημα δόξας οἶον ἀποιχομένων ἀνδρῶν δίαιταν μανύει, καὶ λογίοις, καὶ ἀοιδοῖς. quæ mortales sequitur ex nominis celebritate jactatio, sola defunctorū hominum quæ fuerat vitæ ratio demonstrat, poëtarū operā, aliorūq; scriptorū. itē victus ratio medicis. ut ἀκριβὴς δίαιτα, quā alii σκληρὰν & ἁβρὰν. unde ἁβροδίαιτοι. qui liberali & lauti victi

tant,

ſant, quales erant *Syracuſani*. Hippocrates *ἁδρὰν δίαιταν* vocat eam, quæ tenui καὶ τῇ ἀκριβεῖ contraria eſt. ut ἀφορισμοῖς, ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται, πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίγνηται μέγα γίγνεται μᾶλλον, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. In tenuibus diætis peccant ægri: quare magis læduntur. Omne enim peccatum, quod admittitur, gravius admittitur, quàm in paullò largioribus diætis. Propter hoc ſanis etiam periculoſæ ſunt admodum tenues atque conſtantes & exquiſitæ victus rationes, quia quæ peccantur, difficiliùs ferunt. Item διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν μικρὸν ἁδροτέρων, hacpropter ergo tenues, & exactæ victus rationes lubricæ ſunt magis plerumque quàm paullò liberaliores. Sunt aliæ quoque huius vocabuli ſignificationes, de quibus dicemus aliquando, ſi Deus voluerit ad *Demoſthenem*. Iobi 30. ἐθέμην δὲ τὴν δίαιταν αὐτοῦ ἔρημον. de Onagro. Lat. cui dedi in ſolitudine domum. ἐνδιαίτημα, *a Lodge*. Pontus eſt ἐνδιαίτημα τῶν ἰχθύων. στρατόπεδον caſtra ἐνδιαίτημα τοῦ στρατοῦ, Schol. Aeſchyl. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 1. de Italia. οὐδ' ἂν τὶς αὐτὴν φαίη πολύκαρπον μὲν εἶναι, καὶ πολύβοτον, ἐνδιαίτημα δ' ἀνθρώποις ὑπάρχειν ἄχαρι, ἀλλ' ἐπὶ πάσης, ὡς εἰπεῖν ἡδονῆς τε καὶ ὠφελείας ἔμπλεως. Nec quis eam dixerit frugibus quidem abundare & pecore, eſſe autem hominibus in qua degant, minus amœnam: ſed omnibus referta eſt, vt ita dicam, voluptatibus ac cõmodis. Itaq; Italiam ſuã Plinius

ſcripſit.

ſcripſit, Gaudentis opus eſſe naturæ, tanta cœli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam munifica ſylvarum genera: & tanquam ad iuvandos mortales ipſam avidè in maria procurrere. nec poſſum omittere illud Plutarchi Flaminio de Hannibale. ἀεὶ δὲ ἀπιστῶν τῇ τοῦ Προυσίου μαλακίᾳ, καὶ φοβούμενος τοὺς Ῥωμαίους τὴν οἰκίαν ἔτι πρότερον, ἑξ ὁδοῖς ἐπὶ κατάγεια συντετρημένην ἐκ τῆς ἑαυτοῦ διαίτης εἶχεν, ἄλλας κατ' ἄλλο τῶν ὑπονόμων, πόρρω δὲ πάντων ἀδήλως ἐκφερομένων. Semper autem diffidens Pruſiæ propter mollitiem, & metuens Romanos, domum iam antè habebat ſeptem ſub terram meatibus è cubiculo ſuo perforatam, cum alius cuniculorum alio loco, omnes autem procul occultè exirent.

Ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῶ] μαστός uber. τιτθὸς papilla uberis, *teate*. at τίτθη nutrix τροφός, Plut. ἀλλὰ τὰς γε τίτθας καὶ τροφούς. Ariſtophanes equitibus. καθάπερ γὰρ αἱ τίτθαι γε σιτίζεις κακῶς. μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεῖς: αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας. ut enim nutrices, cibas malè. mandens enim huic quidem parum inſeris, ipſe autem illius triplum devoraſti at ἡ τιθηνὸς quæ puerum à lacte depulſum excipit atque educat. diſtinctionis auctor Pollux. Plato Timæo τὴν ὕλην vocat τὴν τιθηνόν.

Οὕτως ἠλιθίως διεκείμην) tam eram ſtupidus ac ſi eſſem lapis. ἠ πλεονάζει, ut βαιὸς, ἠβαιὸς, θεῖος ἠθεῖος. Demoſt. τίς γὰρ ἀνθρώπων ἠλίθιός ἐστιν οὕτως, ὅς ἀργύριον δοὺς τοσοῦτον &c. Pindarus. χόλος δ' οὐκ ἀλίθιος παίδων γίγνεται Διός. Deorum ira non eſt hebes aut plumbea. Terentius Heauton. *quot res dedére tibi poſſem perſentiſcere ni eſſem lapis?* ἠλιθιάζειν ſtolidum ac ſtupi-

[margin: παρ' ὅτι τὸ ρος.]

ſtupidum eſſe.

ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶ(ναι) τῶν ἐν τῇ πόλει) quis cogebat hunc hominem falſum putare, aut ſe decipere? videlicet amabat uxorem ſuam. porrho omneis amatores ſunt creduli: ὅ τις βούλεται τοῦτο καὶ οἴεται. quod quiſque vult, id facilè credit. Hic ſuam conjugem voluit eſſe omnium, quæ ſunt in civitate, caſtiſſimam, quod omneis volunt, ergò facilè induxit animum hoc credere. à ſuâ conjuge amari voluit: & quis non vult? ergò ſe credidit amari. ſed falſus eſt. οὐκ ἂν ᾤμην, non putarem. σώφρων non ſolùm caſta & pudica, ſed etiam prudens: nec σωφροσύνη tantùm temperantia, ὡς σώζουσα τὴν φρόνησιν, inquit Ariſt. ſed etiam ſapientia & mentis ſanitas. & quæ non ſervat pudicitiam ſtulta habetur. hinc τὰ ἀνόητα flagitioſæ res Ariſtophani, τὰ ἀφροδίσια. & ἀνοηταίνειν eſt ἀκολασταίνειν, καὶ ἀφροδισιάζειν. Ariſtophanes nebulis οὔτε τ' ἀπέχει καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἀνοήτων. hoc Hebræi dicunt עשה נבלה בישראל fecit ſtultitiam in *Iſraell.* i. flagitium. Galli *Ceſte femme n' a iamais fait folie de ſon corps.* i. nunquam ſuum corpus proſtituit: nunquam quæſtum fecit ſuo corpore. Plautus Bacch. Dem. Philip.

Huic ætati non conducit, mulier, latebroſus locus.
Bach. *Egomet, apud me ſi quid ſtultè facere cupias, probibeam.*

Plato Sympoſio ſcribit τοὺς ἀσπαζομένους τὴν πάνδημον ἀφροδίτην, ἐρᾶν ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων: πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντας, ἀμελοῦντας δὲ τοῦ

καλῶς ἢ μή. Eos, qui vulgarem ſectantur venerem, eligere, quas ament, quàm maximé ſtultas, ad obtinendum, quod volunt, ſolummodo ſpectantes, nulla habita ratione honeſtatis aut turpitudinis. Bene ergo Homerus de Bellerophonte.

Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ᾽ Ἄντεια
Κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι. ἀλλὰ τὸν οὔτι
Πεῖθ᾽ ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην.

Ergo σωφρονεῖν eſt ἀγαθὰ φρονεῖν, & σώφρων eſt δαΐφρων. Eodem pertinet illud *Odyſſ. γ.* de Clytæmneſtra.

Ἡ δ᾽ ἤτοι τὸ πρὶν μὲν ἀναίνετο ἔργον ἀεικὲς
Δῖα Κλυταιμνήστρα. φρεσὶ γὰρ κέχρητ᾽ ἀγαθῇσι.

Primò quidem renuebat fœdum facinus, & bona mente uſa eſt, id eſt, ſapuit: quamdiu ſcilicet conſiliis paruit viri illius docti, quem Agamemnon ad Troiam proficiſcens cuſtodem illi reliquerat. Sed poſteaquàm Aegiſthus in inſulam deportaſſet τὸν ἀοιδὸν, & procul ablegaſſet. qui unus obſtabat eius libidini: tũ mulier victa culpę ſuccubuit. *Ariſt. 2. Rhet.* *Ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν ἀφροδίτην. Καὶ τοὔνομ᾽ ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. ἀφροδίτη, ἀφροσύνη.*

ἵνα σὺ, ἔφη, πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην) faceta eſt hæc mulier. Ne vir eam probri inſimularet, neve aliquid ſuſpicaretur, ipſa virum prius accuſat ultrò. voluit ſcilicet antevertere maritum, ut haberet ἀντέγκλημα, quod illi quoque obiiceret, ſi ipſa eſſet deprehenſa. Hic mos eſt meretricius, & hoc earum ingenium, quæ viros volunt fallere: ipſos enim ut pudicæ videantur, ultrò accuſatum eunt. Videndum eſt ut narratio ſit brevis, dilucida, veriſi-

verisimilis. Multa sunt autem quæ hanc narrationem faciunt probabilem. Primum locus: quorsum enim illa pertinuit oratio de commutatione Andronitidos & Gynæconitidos, ut contra consuetudinem vir in superiori parte ædium degeret, mulier in inferiori, nisi ut intelligeremus, summam opportunitatem adultero fuisse, ad illam, cùm vellet, adeundi. Quintilianus, *Ducuntur argumenta & ex loco, spectatur enim ad fidem probationis, montanus, an planus, maritimus, an mediterraneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consiliis, an adversus: quam partem videmus vehementissimè pro Milone tractasse Ciceronem.* Loci igitur conditio primùm verisimilem facit narrationem. Deinde, improbum ancillæ factum, quæ cùm sciret, quid hera vellet, sic puerum de industria vellicavit, ut ploraret; quò heram à viro per hanc caussam abduceret. Postremò, dictum uxoris procax sanè & petulans, quòd pueri fletum iussa ire sedatum, primum, se nolle simulavit, quasi invita à viro discederet: sed cùm vir increparet, & irasci inciperet, quid illa? tu, inquit, me hinc amandandi quæris occasionem, ut ipse interea cum ancilla animo obsequare, & facias, quod lubet: Sed quorsum hoc refert? non certè ridiculi caussâ: sed ut judices perspicerent, uti diximus, mores atque ingenium huiusce tam probæ fœminæ, quô crimen in illâ probabilius videretur: ac si diceret, putatisne hanc mulierẽ abhorruisse á flagitio, quæ viro tã protervè, & petulanter hæc ausa est dicere. Dicta, facta numerantur, in signis, & sunt τ̃ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. *Herm.*

Πειρᾶν hic propriè ponitur. nam hæc eſt propria vis verbi, ut declaret rem non ſatis honeſtam: nempe mulierem ſolicitare, & tentare, atque oppugnare ejus pudicitiam. appellare de ſtupro ut Quintilianus loquitur. Cujus tentationis nequitiæ ſi victa conſentit, & ſe expugnari ſinit, hoc Græcis propriè dicitur χαρίζεσθαι, ut Sappho de puellâ quadam nondum matura viro, οὐ δυναμένη χαρίζεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν. Ariſtophanes equitibus Νομίζων κωμῳδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων. Πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. Ratus Comœdiam docêre, rem eſſe unam difficillimam. multis enim tentantibus eam, paucis ſe dedere. de Comœdia loquitur, tanquam de meretrice aliquâ quæ ludit amatores ſuos, & nemini facilè ſui copiam facit. Quod adoleſcens ille apud Terentium queritur. *Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis: cui ſemper aliquid dandum eſt, quod magni ſit pretij.* Πειρᾶν inquit ſcholiaſtes Ariſtophanis τὸ προσβαλεῖν γυναικὶ περὶ ἀφροδίτης. quare & χαρίσασθαι ἐπήνεγκεν. idem tradunt ſcholia Pindari: nam & Pindarus hoc verbum in eâdẽ re poſuit. Pythiis, de Ixione, ὅν ποτε θαλάμοις Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο. ſcho. ἀντὶ τοῦ ἐπείρα. Tibullus.

Schol. Pind.

Heauton.

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
verſantur celeri noxia membra rotâ.

Horatius, *& integræ. --Tentator Orion Dianæ.*
D. Ambroſ. ad Pſal. 118. ſerm. 1. *ac ſi quẽ fortè ſpectatorẽ cognouerit facinoris ſui, verecundia ſequeſtrat intẽperãtiã, et quãvis cũ ancillã, vel meretrice vulgari*

ubi

vbi nullum sit deprehendendi periculum, tentamenta moliatur libidinis, pudore tamē inceptū deserit. Illud ἐπειρᾶτο Pindari Scoliastes exponit ἐνήδρευεν insidiabatur. Sic enim inquit πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς dicimus. κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας vt nos prædones, propriè qui terrá grassantur, & prædam abigunt i. λείαν, vnde λῃστής. Sed nunc & hoc & illud ad mare transfertur. Sophocles Aiace.

------ αἰεὶ δέδορκά σε
Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον,

Video te semper conatum aliquem inimicorum præripere venando: vel conatum aliquem adversus inimicos arripere. Scholiastes ad illum locum πεῖραν exponit βλαβὴν ἐπιβουλήν: item δόλον, αἰεὶ ὁρῶ σε πεῖρα καὶ δόλῳ μετιόντα τοὺς ἐχθρούς. vt in eiusdem Sophoclis Δαναῇ. οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν, ἓν δ' ἐπίσταμαι. Nescio quid cæptas, sed vnum hoc scio. Πεῖρα apud Plutarchum in Bruto facinus audax. ταῦτ' εἰποῦσα δείκνυσιν αὐτῷ τὸ τραῦμα. καὶ διηγεῖται τὴν πεῖραν. vxor enim Bruti Porcia vt suam ipsa patientiam & robur animi tentaret, sibi cultro tonsoris altè femur inciderat. Iob. 7. πότερον οὐχὶ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ γῆς. vetus interpres tentatio. vulgaris militia, nullo rei discrimine. nam milites sunt πειραταί: quidam etiam λῃσταί: & multa aggrediuntur satis audacter: omnisque eorum vita est in periculis: quod nomen Latinum ἀπὸ τῆς πείρας duci non dubium. ergò vetus hæc interpretatio verissima videtur, quicquid dixerint novi Doctores. Hebræa vox nonne exercitum aut Militiam significat? quid est igitur ὁ κύριος σαβαὼθ & [illegible] κτλ. Ὁ πειράζων Diabolus,

bolus, & πειρασμὸς προσβολή quomodo Scholiastes Arist. interpretatus est πειρᾷν τὸ προσβάλλειν γυναικί. qui igitur sic adoriuntur imbecilliorem sexum, imitantur τὸν πονηρὸν: qui in Paradiso prius suam tentationem adhibuit fœminæ.

Παιδίσκην) Clemens Alexandrinus Pædagogo. οἱ τῆς ἀττικῆς γλώττης ἐπαΐοντες inquit, hij norunt παιδίσκην significare ingenuam quoque. Plutarchus Cicerone. ἐρχομένῃ δὲ θυγατρὶ παιδίσκῃ νέᾳ τοσαύτην ὁδὸν, οὐ πομπὴν πρέπουσαν, οὐ χορηγίαν παρέσχεν, cunti filiæ puellæ tantum itineris, non comitatum decentem, non viaticum præbuit, nempe vxor eius Terentia: quam, hanc ob causam præter alias, Cicero dimisit, & puellam senex duxit. illud Virgilij. *Pueri innuptæque puellæ*, si velimus reddere, non possumus, nisi vel παῖδες καὶ παιδίσκαι, vel κοῦροι, καὶ κόραι. Sed παιδίσκη sæpius ancilla (quam poetæ ἀμφίπολον, & πρόσπολον) quatenus παῖς servus, Gen. 12. de Abrahamo, & natæ sunt ei oves, & boves & asini, καὶ παῖδες καὶ παιδίσκαι. ad Gal. 4 Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Sic servos Latini vocunt pueros, quod hæc ætas ministerijs & servilibus officiis aptior. Eadem & ἅβρα dicitur. sed hæc forsitan ancilla honoraria. Exod. 2. καὶ ἰδοῦσα τὴν θίβιν ἐν τῷ ἕλει, ἀποστείλασα τὴν ἅβραν ἀνείλατο αὐτήν, de filiæ Pharaonis ancilla quæ Mosem proiectum sustulit. Clemens Alexandrinus lib. 1. στρωματῶν

אמה

Κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ὁμοῦ
Κατῆλθε, λουτροῖς χρῶτα φαιδρύνειν νέον.
Ἰδοῦσα μ' εὐθύς, καὶ λαβοῦσ' ἀνείλετο.

Versus

Versus sunt Ezechielis cuiusdam Iudæi, qui illam rem scripsit tragicè. pro ἄβρα, Iulius Scaliger primò de arte poetica habet αὖρα, vsitata literarum permutatione: sic apud Pausaniam pro Καλαβρίαν, scriptum reperies Καλαυρίαν, quæ celebris est morte Demosthenis. multa sunt eiusmodi.

Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον) non ita narravit. veni ex agro: accubuimus: cœna apposita est: cœnavimus. nihil enim opus fuit tantis ambagibus. Sed tacet ea omnia quæ post reditum antè cœnam, & inter cœnandum accidêrunt. non enim erant necessaria. Quintilianus. *Est quædam partium brevitas quæ longam tamen efficit summam. In portum veni, navim prospexi, quanti veheret interrogavi, de pretio convêni conscendi, sublatæ sunt anchoræ, solvimus oram, provecti sumus.* Nihil horum dici celerius potest: sed sufficit dicere, E portu navigavi. δεῖπνον μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν Athenæus. nam ex veterum vsu potiùs est prandium. quod enim nos δεῖπνον illi δόρπον ἀπὸ τοῦ δορυ παύειν eodem auctore, quod tum bellandi finem facerent. mirumque est vtrunque à bello vocabulum nominari. πόνος enim ἐνέργεια πολεμικὴ teste Eustathio. sic enim Homerus, Iliad. μ.

τοὺς μὲν ἔα παρὰ νηυσὶ πόνον ἐχέμεν καὶ ὀϊζύν.

Hos quidem sinebat apud naves laborem habere & ærumnam. sic ἄριστον nunc prandium dicitur, quòd sumpto prandio fortiores sumus atque alacriores. τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. hoc enim vis atque robur. sed apud veteres erat Ientaculum: quod postea dicebatur ἀκράτισμα, teste Athenæo. cuius semel Iliade Homerus meminit, & semel Odyssea. Iliad. ε. Lib. α.

Ἐσσυμένως τε πένοντο, καὶ ἐντύνοντο ἄριστον, Properè laborabant & parabant prandium. λέγει δὲ inquit Athenæus, τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν, διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς. cibus matutinus, quem nos ἀκρατισμὸν, quod cum panis buccellas mero tinctas i. ἀκράτῳ ſumimus. hoc enim illis erat ientaculum. ἀκρατίζεσθαι ientare. Antiphanes συνακρατίσασθαι πῶς ἔχεις μετ' ἐμοῦ; placet ne ientare mecum? Cantharius, οὐκ ἀκρατιούμεθ', ἐν ἰσθμῷ γὰρ ἀριστήσομεν. non ientabimus: quia in iſthmo prandebimus. τὸν μὲν οὖν ἀκρατισμὸν, διανηστισμὸν ἔλεγον, Breakefaſt. νήστεια ieiunium, τὸ δ' ἄριστον δορπηστὸν, τὸ δὲ δεῖπνον ἐπιδορπίδα. Erat autem inter prandium & cænam interpoſitum ἑσπέρισμα, quod nos merendam. quidam vocârunt δειλινὸν ex illo Homeri σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας. καὶ ἄριστον μὲν ἐστι τὸ ἀπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον, δεῖπνον δὲ τὸ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον. δόρπον δὲ τὸ ἑσπερινόν. Sed Homerus fortaſſe τὸ δεῖπνον ἄριστον appellat hoc verſu οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντ' ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο. Hii primùm cœnam, deinde arma ſumebant. Mane enim eſt tempus progrediendi in aciem. Illud autem Theocriti, Idyllio primò de vulpecula.

——— Ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ
Πάντα δόλον τεύχοισα, τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν
Φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Hæc in peram omnem dolum machinata, puerum negat ſe priùs remiſſuram, quàm ſine prandio, poſuerit in ſicco. rectè Scholiaſtes, ἀκρά-

ἀκράτιστον exponit absque jentaculo, modò jentaculum ἄριστον intelligamus. non est enim ut ille vult ἀπὸ τοῦ ἀκρατίζεσθαι. qui potest? esset ἀνακράτιστον cum privatione. Est igitur (dicam quod sentio) ἀκράτιστος idem quod ἀνάριστος impransus per Metalepsin, quia ἄριστος idem quod κράτιστος. hæc posita non tam grata erunt, ut scio, quibusdam. eadem omissa fortassè alii requirerent.

Ἐπειδὴ δὲ ἦν πρὸς ἡμέραν] quum lucesceret, & dies appropinquaret. sic dicemus ἐπειδὴ πρὸς ἑσπέραν ἦν, quum advesperasceret. Thucidides lib. 4. ἀποπειρᾶσθαι δὲ τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος, καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη, Ποτιδαίας. Tentavit Brasidas sub finem ejusdem hiemis, vere jam appetente Potidæam. ἥμερος mansuetus. ἡμέρα non est vocabulũ per se, sed subauditur, inquit Eustathius, φαῦσις, vel κατάστασις. ut sit πραεῖα φαῦσις, vel ἡμέρα κατάστασις τοῦ ἀέρος, illuminatio mitis, aut placida aeris constitutio. Dies ἡμέροις ζώοις mansuetis animalibus, hoc est, hominibus, nox feris opportunior. Psal. 104 ab eodem argumento Latini dicunt Manè, & Immanis. Varro lib. 5. ling. lat. *Mane, quòd tum manat dies ab oriente. nisi potiùs quòd bonum dicebant antiqui Manum. ad cuiusmodi religionem Græci quoq; quum lumen adfertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν.* idem ferè Macrobius docet lib. 1. Saturn. Diem à Deo Latinis Varro vult dictum. sic enim scribit. *Tempus esse dicunt intervallum Mundi & motus. id divisum in parteis aliquot maximè ab Solis & Lunæ cursu. Itaq; ab eorum tenore temperato Tempus dictum: unde Tempestiva ætas. Motor eorum, qui toto cœlo conjunctus mundus Deo, motus casu venit*

nit, à quo tempus id ab hoc Deo dies appellatur. ſic reſtituit hunc locum Scaliger:

Ἐρραίζον δ' μοῦ τὶ αἱ θύρει νύκτωρ ἐψόφοιεν) erat hic homo profectò planè fatuus, καὶ ὄντως ἠλιθίως διακείμενος, qui in tanta multitudine ſignorum, quæ concurrebant, nihil dum ſuſpicatus eſt: ſed ſuam putavit vxorem omnium quæ erant in vrbe, caſtiſſimam. at poſteà re comperta nonne idem potuit dicere, quod ſenex ille apud comicum ſtultiſſimus? *quot res dedère vti poſſem perſentiſcere, ni eſſem lapis? quæ vidi?* multæ enim in re ſuſpiciones inerant. locus, qui magnam facultatem adultero dabat clàm ad mulierculam commeandi. improbum ancillæ factum, quæ puerum de induſtria vellicabat, dictum coniugis in virum ſatis protervum, ac petulans. Tempus, quòd vxor à viro tota nocte abeſſet, ſine cauſſa: manè demum ad virum veniret. duo ſigna maniſeſtiſſima, quòd oſtium nocte intempeſta crepuiſſet: quòd faciem vxoris ceruſſa perunctam cerneret. hæc prudenti viro non placerent. hæc tot & tanta, tam ſuſpicioſa quemvis hominem non planè ſtupidum commoverent. Sic in narratione debemus ſuſpiciones ſerere, & ſpargere ſemina confirmationis, προκαταβάλλεσθαι τὰ σπέρματα τῆς κατασκευῆς, vt eloquentiæ magiſtri monent. itaque hoc illi vocant σπερματισμὸν. nec vlla eſt narratio, quamvis brevior, quæ non vi contineat in ſe, ſi eſt artificioſa, totam confirmationem. Hæc autem ſingula per ſeſe non multum valent, nec magnum pondus habent; ſed om-

nia congeſta in vnum graviter premunt. hoc Cicero nos docuit Partitionibus oratoriis. *Veriſimilia*, inquit, *partim ſingula movent ſuo pondere, partim etiamſi videntur eſſe exigua per ſe, multum tamen cùm ſunt coacervata, proficiunt*, hoc eſt quod ait ille, *Et quæ non proſunt ſingula, multa iuvant*. Sic agere debemus, ſi confirmamus aliquid. at ſi infirmamus contraria ratione agendum eſt. Tum enim vniverſum illud, quod conglobatum eſt ab adverſario, carpere ſigillatim, & convellere debemus. *accedere oportet ad ſingula*, inquit Cicero, *ſic vniverſa frangentur*. ſed hæc potius confirmationis ſunt. Verùm quia non longa eſt confirmatio: narratio longiſſima, atque omneis ferè eiuſmodi ſuſpiciones in narrationem conferuntur, heic erat commodiſſimus de hiſce dicendi locus.

Εἶτα ἐκ γειτόνων ἀνάψασα) bellum commentum, & facetè excogitatum. Laudandum eſt ingenium mulieris, quæ quum in noxa penè manifeſtò teneretur, aliquid potuit, tam comodè fingere. Euripides medéa.

πεφύκαμεν

Γυναῖκες, εἰς μὲν ἔσθλ᾽ ἀμηχανώταται
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

Ita omneis mulieres ingenio natæ ſumus, vt ad bona quidem inertiſſimæ, malorum verò omnium artifices ſimus callidiſſimæ. Non ſolus ergò Prometheus δεινὸς εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους, callidus invenire ex impeditis vias, ſed

Aeſculus Prometheo

ſed quædam etiam mulieres. ſed lumen à vicinis redaccenſum noctis concubio non itur. qui viro non venit in mentem id uxori dicere? ἐκ γειτόνων non eſt A vicinis. nam dicendum potiùs fuiſſet ἀπὸ γειτόνων. illud Plutarchi quod ſuprà attulimus, τὰς εἰς γειτόνων θυρίδας ἐμφερίζον, alio modo dictum eſt, nempe κατ᾽ ἔλλειψιν ἀντὶ τοῦ εἰς γειτόνων οἴκους, ut εἰς ᾅδου. heic autem nulla ἔλλειψις, ſeu μετωνυμία adjuncti pro ſubiecto. Locum enim intelligimus ex iis qui ſunt in loco: idemque valet τὸ ἐκ γειτόνων atque e proxima vicinia, vel e proximo. hoc autem Atticum. Ariſtophanes avibus. ἣ δεινὰ νῷ δέδρακεν ἐκ τῶν ὀρνέων, indignis nos affecit malis, qui eſt ex avibus, i. ἐκ τοῦ ὀρνεοπωλείου, de foro, ubi aves veneunt. Idem veſpis διεκερμάτιζέ μ᾽ ἐν τοῖς ἰχθύσιν. in minutos me concîdit numulos in piſcibus. Schol. ἐν τοῖς ἰχθυοπωλαις. eâdem μετωνυμίᾳ. at quod in Ranis legitur παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν apud piſceis emerſit, ad id ſcholiaſtes, παρὰ τὰ ἰχθυοπωλεῖα: quo τὴν τρυφὴν cuiuſdam notat. Piſces enim olim Athenienſibus, ut Romanis, erant in deliciis: qua de re multa Athenæus. Sic Eupolis, περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα. i. ad ea loca, in quibus venum exponuntur allia & cepe. Syneſius de calvitie. καὶ τί γὰρ ἀδικῶν ἐγὼ φανοῦμαι ταῖς γυναιξὶν ἀειδέστερος; οὐ δεινὸν εἰ τοῖς ἐκ γειτόνων; & quid ego ſum meritus, ut videar mulieribus deformior? non grave ſi his è proximo? Idem de inſomniis. καὶ μάλιστα οἷς ἐκ γειτόνων ἡ χώρα, & maximè quibus ager è proximo. Dem. πρὸς νικόστρατον. τὸ χωρίον τὸ ἐκ γειτόνων πρός μοι οὐδεὶς ἐθέλει, οὔτε πρίασθαι οὔτε τίθεσθαι. Hoc propinquum mihi rus nemo vult aut emere,

aut pignorare, i. pignori accipere. Terentius Eunucho. *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.* Theodoretus primo de providentia ἀλλ' ἐκ γειτόνων ἀλλήλων οἰκοῦντες τὰς πολεμικὰς κρύπτουσιν ἐνεργείας. Sed è propinquo sibi invicē collocati inimicas abscōdunt vires. de igni & aëre. Sic accipiendum illud Demosthenis contra Aristocratem. ἄν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, γέγραφεν εὐθὺς ἐκ τῶν συμμάχων ἀγώγιμον εἶναι. i. ἐκ τοῦ συμμαχίδος. Si quis Charidemum interfecerit, scripsit statim ducendum ad supplicium, ex omnibus sociorum finibus. At ἐν γειτόνων quod non minus sæpè occurrit, puto καθ' ἔλλειψιν intelligendum, ut εἰς γειτόνων de quo diximus. Lucianus Icaromenippo. καὶ σκόπει πρὸς Διὸς εἰ ἐν γειτόνων ἐστὶ τὰ δόγματα, καὶ μὴ πάνυ πολὺ διεστηκότα. Considera per Deos si finitima sunt dogmata, & non multum admodum distantia. & illud ibidem. καθ' ἕτερον δὲ μέρος ἔθυέ τις· ἐν γειτόνων δὲ πενθῶν ἄλλος ἐφαίνετο. Parte alia alius immolabat: in propinquo lugere alius videbatur. Plautus Aulularia. Novisti hunc senem Euclionem ex proximo pauperculum. τὸν ἐκ γειτόνων. at in proximo sæpe apud eundem ἐν γειτόνων.

Ἀνάψασθαι) Atticum pro ἀνάψαι Iacobi 3. ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει vide quantā sylvam exiguus ignis accendit. Luc. 12. πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη. Nazianzenus in Basilium magnum. οἱ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ἔρωτες· ἐπειδὴ ῥεόντων εἰσὶ, καὶ ῥέουσιν ἴσα τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν, οὔτε γὰρ φλὸξ μένει τῆς ὕλης δαπανηθείσης, ἀλλὰ τῷ ἀνάπτοντι συναπέρχεται, οὔτε πόθος ὑφίσταται μαραινομένου τοῦ ὑπεκκαύματος. Nam corporum amores, quando fluidorum sunt, fluunt pa-

riter

riter cum vernis floribus. Nam nec flamma manet materiâ consumtâ, sed cum eo quod accendit, extinguitur, nec cupido subsistit fomite marcescente. quod Ennius dicit, *Homo qui erranti comiter monstrat viam, quasi de suo lumine lumen accendat, facit.* *hoc est* ἀνάψαι. Sed quod ibidem est apud Ciceronem, Pati ab igne ignem capere, id est, ἐναύσασθαι. Vnde ἔναυσμα fomes, arida materia ad ignem concipiendum facilis: idem quod ὑπέκκαυμα apud Arist. Meteororum, i. Basilius περὶ παρθενίας. εἰ οὖν βλέμμα τοσούτου πυρὸς ἔναυσμα γίνεται ἀκοίμητον τοῦ ὑποφωτισμοῦ, οἱ ὀφθαλμοί σου βλεπέτωσαν ὀρθά. Si igitur obtutus oculorum tanti ignis fit fomes, monentem audiamus, *oculi tui rectâ aspiciant*, Prov. 4. Sed est & alia huius verbi significatio, cuius exempla aliquot non minus refert ponere. Est enim ἀνάπτειν nonnunquam religare, appendere, adaptare. Dinarchus contra Demosthenem, καὶ καταισχύνων τὴν τῆς πόλεως δόξαν, χρυσὸν ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος περιεπορεύετο, dedecorans civitatem, aurum ex digitis religatus circuibat. Erat enim Demosthenes mollior & delicatior in cultu corporis: quod etiam Gellius memoriæ prodidit. *Odyss.* β. ἐθέλεις δέ κε μῶμον ἀνάψαι. vis autem dedecus adjungere. Ælianus. Μανδράβουλος ὁ Σάμιος τῇ Ἥρᾳ πρόβατον ἀνάθημα ἀνῆψε. Philostratus de vita Apoll. Δεθῆναι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ἐν ἄντρῳ φασίν, ὃ δὴ ἐν προπόδι τοῦ ὄρους δείκνυται, καὶ δεσμὰ ὁ Δάμις ἀνῆφθαι τῶν πετρῶν λέγει. Vinctum fuisse eum quidam in antro ferunt, quod in radicibus montis ostenditur, & vincla religata esse ex rupibus Damis affirmat. de Prometheo. Hinc translatum illud

αὖον aridum.

illud *Homericum* τρώεσσι δὲ κήδε', ἐφῆπται Troianis mala incumbunt, vel impendent, vel potius apta sunt. Exponit enim Eustathius ἐπήρτηται, ἐπικρέμαται. λέγεται γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ κρέμασθαι τὸ ἅπτεσθαι, ὡς δηλοῖ τὸ βρόχον ἥψατο. Sic Latini dicunt arbore infœlici suspendito, quod respondet Græcorum, τῷ ξυλίνῳ πλώτει. alibi dicit, ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται. idest, ἀποδέδεται, ἐξῆπται, loquitur autem de interitu tanquam de fune quodam, cuius extrema ad aliquem religata attrahunt eum. πείρας enim πέρας, extremum. significatque interitum inevitabilem. Clemens Alexandrinus primo Pædagogi σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδῶμεν κυρίῳ τὸ βεβαιότατον τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐξαψάμενοι κάλων. nos ipsos dedamus Domino firmissimum ex ipso fidei religantes funem. Aristophanes equitibus νῦν δεῖ σὲ πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ. Nunc oportet omnem ex te ipso rudentem excutere. παρὰ τὴν παροιμίαν, πάντα δὴ κάλων κινεῖν. Proverbiorum 3. ἄφαψαι δὲ αὐτὰς ἐπὶ σῷ τραχήλῳ, καὶ εὑρήσεις χάριν. Alliga fidem & misericordiam ad collum tuum, & invenies gratiam. hinc Aptum Latini duxerunt, in eâdemque re posuêrunt. Virg. *Axem humero torquens stellis ardentibus aptum*, id est, iunctum, ἄστρων ἐξαπτόμενον. Sic Varro dixit loco, quem supra adduximus, coniunctus mundus Deo, id est. aptus Deo, vel pendens ex Deo. τοῦ θεοῦ ἐξημμένος. Cicero de fato. *Quòd si concedatur nihil posse evenire nisi caussâ antecedente: quid proficiatur, si ea caussa non ex æternis caussis apta ducatur.*

Idem

Idem de Vniverso. Atque ille, qui rectè & honestè curriculum vivendi á natura datum confecerit, ad illud astrum, cui est aptus, revertêtur. Plat. σύννομον ἄστρον. Idem Paradoxo 2. *Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se vno sua ponit omnia.* (Immò qui est totus aptus ex deo, ut Clemens docuit) *Cui verò spes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi.* Eadem sunt igitur aptum esse, & pendêre. 5. Tusc. *Nam cui viro,* inquit, *ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beatè vivendum conferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut contrario, pendere ex alterius eventis & errare coguntur, huic optimè vivendi ratio comparata est.* translata sunt hæc ex Platonis Menexeno. cujus hæc ipsa sunt verba. ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ, ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν. *Idem* est ἀνήρτηται quod ἀνῆπται. ἅπτομαι tango. ἅπτω accendo, quod fit etiam tactu. Nulla est enim tam facilis materia ad exardescendum, quæ nisi admoto igni ignem possit comprehendere.

Ἔδοξέ μοι τὸ πρόσωπον ἐψιμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας) Fucata facies signum impudicitiæ: quod augetur circumstantiâ temporis: quia quo tempore in squallore & lachrymis jacere debuit, ex luctu fratris recenti, illo potissimum cerussata fuit, & pigmentis óblita. Cicero in Pisonem, *Erant illi compti capilli, & madenteis cincinnorum fimbriæ, & fluentes cerussataq; buccæ,*

digna Capua, sed illa vetere. Plin. lib. 35. cap. 6. *Est & colos tertius é candidis, cerussa. Sunt,* inquit, *è vilioribus, Ochra, cerussa, usta, Sandaracha, Sandyx, Syricium atramentum.* Aristoteles lib. 1. Ethicorum cap. 6. τὸν τ' ἀγαθοῦ λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμφαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμμυθίῳ τὸν τῆς λευκότητος. boni definitionem eandem cerni in omnibus illis oportebit, quemadmodum in nive aut cerussa alboris definitionem. Athenæus lib. 13. Τὰς ὀφρῦς πυῤῥὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ. Συμβέβηκ' εἶναι μελαίναν; κατέπλασε ψιμμυθίῳ. Rufa habet supercilia? pingunt fuligine. contigit esse nigram? induxit cerussa. Epigram. μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε. ὁ ψίμμυθος, τὸ ψιμμύθιον. Ovid. de arte 3.

Scitis & inducta candorem quærere cera.
Sanguine quæ vero non rubet, arte rubet.

(Hinc illa fucata medicamenta candoris & ruboris apud Ciceronem Oratore)

Non tamen expositas mensa deprendat amator
Pyxidas: ars faciem dissimulata iuvat.
Quem non offendat toto fæx illita vultu,
Quum fluit in tepidos pondere lapsa sinus?
Oesopa quid redolent quamvis mittantur Athenis,
Demtus ab immundæ vellere succus ovis?

Eubulus apud Athenæum στεφανοπώλισι.

Μὰ Δί' οὐχὶ περιπεπλασμέναι ψιμμυθίοις:
Οὐδ' ὥσπερ ἡμεῖς συκαμίνῳ τὰς γνάθους κεχρισμέναι.
Κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑδροῤῥόαι
Δύο ῥέουσι μέλανος, ἐκ δὲ τῶν γνάθων,
Ἱδρὼς ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη ποιεῖ.

Non Pol circumlitæ cerussa, neq;, ut nos, moro

genas perunctæ, quod si prodeatis æstate, ab oculis duo siphones fluunt atramenti : de genis autem sudor in collum minio rubentem sulcum efficit: Virgilius Gallo. Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi, Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem. Plin.lib.33. cap.7. *Milton vocant Græci minium, quidam Cinnabari, vocant etiam rubricam.* μίλτος Σινωπικὴ rubrica Sinopica Dioscoridi. Hinc Homerus naves vocat μιλτοπαρῄους, quia proras ut ora habent μεμιλτωμένας. παρειὰ γνάθος, γένυς. adhibebant ψιμμύθιον ad candorem, μίλτον ad conciliandum ruborem. Iuvenalis Satyra 6.

His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi,
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit.
Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur
Tot medicaminibus, coctaque siliginis offas
Accipit, & madidæ: facies dicetur, an ulcus?

Μετὰ δὲ ταῦτα) Euphiletus iamdudum æstuabat: multæ enim nec parvæ suspiciones malè urebāt hominem. nihil tamen dixit, nec appellare ausus est suā coniugem, aut probri insimulare : sed multa, quæ valdé erant suspiciosa, ne videretur zelotypus, dissimulatione transmisit. Nunc autem, quò belliùs agatur hæc fabula, anus quædam versuta & blandiloqua prodit in scenam, quæ lenæ parteis tuetur. Hæc rem omnem palā facit, atq; Euphiletum docet, qualem habet uxorem. Quam propterea lenā diximus, quod summissa ab alia quadā muliere, quacū etiam consueverat Eratosthenes (erat enim omniū mulierum vir) id agit, ut illum abducat ab uxore Euphileti, atque ad suam veterem amicam reducat, ei-

Sueton. Cæsare.

que

que ex diſſidio reconciliet. *I*amdiu enim amore uxoris Euphileti in illam alieniore animo viſus eſt, neque ad illam ut ſolitus eſt, commeabat. Quare cùm ſciret adoleſcentis animum novo amore occupatum, ſummittit hanc vetulam, quæ re explorata, certiorem Euphiletum faceret ſui caſus: ut iterum eius animum, atque amorem ſi fieri poſſet, ad ſe converteret. neque hoc loco prætereundum, quod primum id animadvertit illa altera, quæ prior tenuit Eratoſthenem, ſed nunc erat poſterior: itaque huiuſce anûs opera ſuam æmulam ab illo voluit aſpellere. *At regina dolos (quis fallere poſſit amantē) Senſit.* Aeneid. 4.

Χρόνου μέταξυ διαγινομένου) Cic. de ſenectute, *Quum inter eius primum & ſextum conſulatum ſex & quadraginta anni interfuiſſent.* διαγινομένων τεσσαράκοντα ἓξ ἐτῶν. ſic paullò pòſt, καὶ μετὰ ταῦτα διεγίνοντο ἡμέραι τέσσαρες, ἢ πέντε. Marci 16. διαγινομένου δὲ τοῦ σαββάτου. aliter Aeſchines contra Timarchum, τοὺς νέους διδάσκει αἰσχύνεσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τιμᾶν τὸ γῆρας, εἰς ὃ πάντες ἀφιξόμεθα, ἐὰν ἄρα δὴ διαγινώμεθα. adoleſcēteis docet revereri maiores natu, & ſenectutem honorare, ad quam omnes perveniemus modò vita ſuperſit. ἐὰν ἄρα διατελέσωμεν ζῶντες. Sic etiam Thucid. lib. 5. βουλόμενος τῷ μέλλοντι χρόνῳ καταλιπεῖν ὄνομα, ὡς οὐδὲν σφήλας τὴν πόλιν διεγένετο· volens Nicias hanc nominis ſui memoriam poſteris prodere, ſe perpetuò fuiſſe fœlicem, & nullo civitatem affeciſſe incommodo.

Καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν) Ego ſtultus & credulus meam uxorem credebam omnium, quæ ſunt in civitate, caſtiſſimam: gaudebā mihi filium ex ea natum. *I*lla autem erat omnium

nequiſſima, & ego penitus ignarus meorum domeſticorum malorum, neſciebam quantis in malis eſſem miſer. Non erat ergò conſcius aut connivens flagitio: quod multo fœdius eſt, quàm ſi quis invitus & imprudens tantam ferat iniuriam. Sophocles Oedipo Tyranno. σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ. Quum Oedipus Tireſiæ cæcitatem exprobaſſet, hoc illi Tireſias reſpondit, Tu & vides, nec tamen cernis in quanto es malo. Fuit ergò Oedipus πολὺ ἀπολελειμμένος τῶν ἑαυτοῦ κακῶν: neſciebat ſe patrem occidiſſe, ex matre liberos ſuſcepiſſe. Idem potuit dicere Terentianus ille Chremes: qui primó putavit filium ſe habere integrum: nullis artibus meretriciis irretitum: amici veró fortunam deploravit, cuius filium Bacchidis amore perditum credidit: mox reſcivit Bacchidem amicum eſſe Clitiphonis. ἀπολελειμμένος rectè Budæus hoc loco vertit, ignarus. Hunc enim locum retulit in ſuum commentarium, Et certé dignus erat, ſi quis alius. Eſt enim inſignis. In illa conſolatione de morte Druſi Neronis ad Liviam Auguſtam (quæ fertur Ovidij, ſed eſt Albinovani, ſi veri quid autumat Ioſephus Scaliger) ſunt hæc.

Solvere vota Iovi fatorum ignara tuorum
Mater, & armiferæ ſolvere vota Deæ,
Gradivumq; patrem donis implere parabas,
Et quoſcunq; coli eſt iuſque piumque Deos.
Mater namq; ſacros agitabas mente triumphos.
Forſitan & curæ iam tibi currus erat.
Funera pro ſacris tibi ſunt ducenda triumphis,
Et tumulus Druſum pro Iovis arce manet.

Mater

Mater ignara atque inſcia rerum ſuarum, victorias & triumphos filii cogitabat. at ille erat mortuus, & funera ejus pro triumphis á matre ducenda erant. & illa ergò miſera ἀπελείπετο πολὺ τῶν ἑαυτῆς κακῶν. nam quod dicit *fatorum ignara tuorum*, hoc eſt, ἀπολελειμμένη τῆς ἰδίας τύχης. Iſocrates περὶ ἀντιδόσεως. τῆς παιδείας ταύτης οὐκ ἂν ἐγὼ φανείην ἀπολελειμμένος. Ego non poſſum videri ignarus hujuſce diſciplinæ. ἀπολείπομαι propriè relinquor à tergo, non aſſequor. cui verbo contrarium παρακολουθῶ. Dem. περὶ παραπρεσβείας, ταυτὴν Αἰσχίνης ἀπολειφθεὶς ἡμῶν ἔγραψεν. hanc epiſtolam Æſchines relictus á nobis in via ſcripſit. Teren. Heautonti. *Verum intereà dum ſermones cedimus, illæ ſunt relictæ* ἀπελείφθησαν: Horat. *mihi turpe relinqui eſt?* ἀπολιμπάνεσθαι. Seneca ad illud Virgilii *fugit irreparabile tempus*. Vigilandum eſt: niſi properamus, relinquimur. Sed vtrumque verbum ad intelligentiam ſæpè transfertur: ut is dicatur παρακολουθεῖν, qui rem aliquam aſſequitur atque intelligit: ἀπολείπεσθαι, qui minus intelligit, ſed eſt eius rei penitùs ignarus. is enim quaſi relinquitur, & deſeritur à re, quæ illum fugit. hinc Latini dicunt, Hoc me non fugit, i. παρακολουθῶ. non ſum ignarus hujuſce rei. hinc εὐπαρακολούθητον facilè intellectu: δυσπαρακολούθητον; difficilè intellectu. Æſchines περὶ τῆς παραπρεσβείας. ἀλλ' ἐὰν μὴ τὰ πρὸ τούτων ἀκούσητε οὐδὲ ἐκείνοις ὁμοίως παρακολουθήσετε. at niſi quæ anté geſta ſunt audiatis, illa, nõ pariter intelligetis. Sed Dem. πρὸς λεωχάρην divinitùs eſt vnâ ſententiâ cõplexus vtrumq; verbũ. νομίζω γὰρ ἂν τούτῳ τῷ μέρει τοῦ ἀγῶνος σαφῶς παρακολουθήσοντας, καὶ τῶν

ῥᾷον ὑμᾶς οὐδενὸς ἀπολειφθήσεσθαι. Puto enim si hanc partem actionis clarè fueritis assequuti, & á nullâ reliquarum vos relictum iri. Idem πρὸς Μακάρτατον. ὑμεῖς γὰρ ὦ ἄνδρες δικασταὶ ῥᾷον παρακολουθήσετε τοῖς λεγομένοις. Et mox. ἐπειδὴ δ' ἐδόκει οὐκ ἐξ ἴσου εἶναι ἡ θεωρία ἅπασι τοῖς δικασταῖς, ἀλλ' οἱ πόρρω καθήμενοι ἀπολείπεσθαι, &c. Primùm, inquit, statueram, quoniam de proximo quæritur agnato, totam generis seriem in tabella descriptam proponere, ut esset potestas omnibus cognoscendi: sed quum non videretur ex æquo omnibus iudicibus fore aspectus: sed ut ij qui procul sedêrent, oculis non assequerentur illam tabulam, mutavi cōsilium, & oratione vos docendos putavi. Lucæ præfatione. ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι. Visum est mihi inde à principio certam assequuto rerum omnium scientiam, ordine ad te perscribere. Quid? quod apud Platonem ἕπομαι declarat intelligo. sic enim ille Theæteto. Θεαι: ἐν τίσι δή; ἐὰν ἄρα ἐξ αὐτῶν τι μᾶλλον μάθω. νῦν μὲν γὰρ οὐχ ἕπομαι. in quibus? si quid ex illis magis intelligam. nam nunc quidē non assequor. cui, quum Socrates responsionē dedisset, quæ videretur obscurior, quàm quæ antè dixisset, tum hæc subiicit Theætetus. νῦν πολὺ πλέον ἀπείληφθην ἢ τότε. nunc multo minus intelligo, quám anteà. & paulò pòst. καὶ περὶ αἰσθήσεων κατὰ ταὐτά, εἰ ἄρα ἕπῃ; Θεαιτ'. ἕπομαι. & de sensibus eodem modo. si intelligis? Intelligo. atq; hæc transferuntur ad intellectum. est & in illis, sed alia translatio. Basilius in Martyrem Gordium. ζωγράφοι ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας, πλεῖστον, ὡς εἰκὸς, τῶν ἀρχετύπων ἀπολιμπάνονται. Pictores cùm ex imaginibus traducant

imagines,

imagines, plurimum ut fieri necesse est, ab archetypis relinquuntur, *they come farre short*. *Iulia*nus, ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἡμεῖς εἶναι τοιοῦτοι, οἳ καὶ σὺ εἶναι, τόγε εἰς ἐμὲ, παμπλήθεις ἀπολειπόμεθα. Cupimus certè ego & tu tales esse, etiamsi ab hac perfectione, quod ad me quidẽ attinet, longè absumus. Idem. ὅστις οὖν ἕτερα μὲν φρονεῖ, διδάσκει δὲ ἕτερα τοὺς πλησιάζοντας, αὐτὸς ἀπολελεῖφθαι δοκεῖ τοσούτῳ τῆς παιδείας, ὅσῳ καὶ τοῦ χρηστὸς ἀνὴρ εἶναι. qui alia ipse sentit, alia autẽ docet discipulos, hic tantũ abesse videtur â vera disciplina, quantũ à viri boni nomine. Plato Alcibiade primo. ὧν σὺ εἰ ἀπολειφθήσῃ, καὶ τοῦ ὀνόματος γενέως ἀπολειφθήσῃ, quas tu disciplinas si nõ adipiscêris, nec ullã nominis celebritatẽ adipiscêris. simile est illud, quod Lucanũ ferunt dixisse, quũ recitaret adolescẽs quoddam suũ poema, quod valde probaretur. *at quantũ absumus à Culice.* ἀλλὰ πόσον ἀπολειπόμεθα τοῦ κώνωπος: æmulatione hoc Virgilij dixit, qui fertur quindecim natus annos Culicem edidisse, καὶ ἐπ' αὐτῷ σφόδρα εὐδοκιμῆσαι. τὰ ἐκείνου μέντοι ποιήματα τοῦ τούτου πλεῖστον ὅσον ἀπολιμπάνεται. Illud quoque Oppiani translatũ; ἁλιευτικῶν primo. οὐ μὲν τερπωλῆς ἀπολείπεται, ἀλλ' ἐθέλοντα τέρπεσθαι. primũ enumeraverat utilitates piscandi: deinde, At si inquit quæris voluptates, non caret sua delectatione piscatus. Isocr. Archidamo. καὶ τοσοῦτον ἀπολειφθῆναι τῶν προγόνων tantũ abesse à laude maiorum. *Idem* Nicocle. οὐκ ἀπολείπονται τῶν καιρῶν, ἀλλ' ἕκαστον ἐν δέοντι πράττουσι. non sinunt se fugere occasiones, sed quæq; in tẽpore agunt. Eurip. Medêa. Ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο, Οἷον πατρῴας μὴ 'πολείπεσθαι χθονός. Novit misera calamitate & malis docta, quale est à patria nõ relinqui, i. patriã nõ relinquere. festivè?

γλυκείας enim Patria illos fugere dicitur, qui reverâ patriam fugiunt. Idem Oreste. *Ἀμνημονῶ γὰρ τὴν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν*. Non enim memini, quum deserebar à mente, cuius antè eram compos. hoc est quod Plautus Amphitryone dicit, *Ratio te fugit*. Cic. lib. 3. epist. 15. ad Atticum. *Ad primam tibi hoc rescribo, me ita dolere, ut non modò à mente non deserar: sed idipsum doleam me, tam firma mente ubi utar, & quibuscum, non habere*. Atque hæc omnia translata. illa jam propria. Chrysostomus ad populum Antiochenum. *ταῦτα οὐ πρὸς ὑμᾶς λέγω νῦν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ὑμῶν*. hij erant *οἱ ἀπολειφθέντες τῆς ἀκροάσεως*, qui pridie eius concioni non interfuerant. Gregorius Nazian. in Cyprianum. *ὃ καὶ μέγιστον, τὸ μὴ κατόπιν ἑορτῆς δραμεῖν, μηδὲ μαρτύρων μυσταγωγίας ἀπολειφθῆναι*, quod vel maximum; non post festum, ut dicitur, accurrere, neque à martyrum solennitate abfuisse. Basilius in Martyrem Gordium. *οὐ γυνὴ κατεδέξατο τῆς θέας ἀπολειφθῆναι*. ne mulier quidem voluit ulla abesse à spectaculo. Hoc Luciani *δριμύτερον* Icaromenippo. *Οὐκοῦν καὶ ταῦτα λέγοις ἄν, ὦ μένιππε, ἵνα μηδὲ καθ᾽ ἓν ἀπολειπώμεθα τῆς ἀποδημίας*. & hæc igitur dicas velim, mi Menippe, ut totam peregrinationem tuàm intelligamus. Est quidem hic translatitium, sed non videtur, hoc verbum, propter nomen, quod sequitur *τῆς ἀποδημίας*. Idem est enim, ac si dixisset, *ἵνα πάσῃ παρακολουθῶμεν τῇ ἀποδημίᾳ*. Sed sequi peregrinantem vel ab eo deseri propriè dicitur. Sophocles Aiace simplex verbum posuit non minus acutè.

ἔγνωτο

Ἔρποντι φωνεῖς, ἢ λελειμμένῳ λόγου;

Schol. ἐγγὺς ὄντι ἢ ἀπολιμπανομένῳ τῆς κλήσεως, ἤγουν οὐκ ἀκούοντι. hoc contrà, videtur esse translatum sed est proprium. est enim hypallage. tene audit vocantem, an tua vox αὐτοῦ λείπεται, ad eum non pervenit? proprium autẽ esse τὸ ἕρποντι declarat. at hoc metaphoricum apud Euripidem Oreste, ἢ που λέλειψαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, tu quidem non assecutus vidêris mea consilia. est etiam τὸ λείπεσθαι desici, sive egere. Iacobus cap. 1. εἰ τις λείπεται σοφίας, & secundo. καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς & deficiantur victu quotidiano. item vinci. Polybius de clade Romanorum, ab Hannibale accepta ad lacum Thrasymeni, λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ. victi sumus ingenti prælio. quam vocem quum prætor frequenti concione pro rostris (ἀπὸ τῶν ἐμβόλων) edidisset, ita perculsi sunt omneis re inopinata, vt ijs, qui in acie fuissent, & tum aderant, multò maior calamitas videretur, quàm in ipsa re gerenda, inquit Polybius. Πολλῶν γὰρ χρόνων ἄπειροι, καὶ τοῦ ῥήματος καὶ τοῦ πράγματος ὑπάρχοντες, τὴν ὁμολογουμένην ἧτταν οὐ μετρίως, οὐδὲ κατὰ σχῆμα τὴν περιπέτειαν ἔφερον. quippe longo tempore verbi reique insolenteis, eius quod se victos fateri cogerentur, non modicè, neque decenter præcipitem casum ferebant. est igitur τὸ λείπεσθαι ἡττᾶσθαι. Demosthenes τὸ ἀπολείπεσθαι vsurpavit hoc sensu Philippica 4. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον τούτοις ἀπολειπόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα. Nos autem non solum his vincimur, sed ne excitari quidem possumus de sopore, & observa syntaxin tertij casus, vt illo Po-

lybij

lybij loco. hoc enim casu ponitur hac significatione: alias cum genitivo. sic verbum contrarium in opposito membro: καὶ κεκρατήκασιν οἱ δι' ἐκείνου τὰς πολιτείας ποιούμενοι πᾶσιν, ὅσοις πράγματα πράττεται & superiores sunt, qui illius ope suas vt volunt respub. temperant, omnibus ijs, quibus res geruntur. deinde ea enumerat, tum partem addit adversam, ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον τούτοις ἀπολειπόμεθα, &c. contraria sunt ergo τὸ κρατεῖν καὶ ἀπολείπεσθαι. at quod Cicero sæpe dicit, *non modo desertus à re: sed etiam ab omni spe relictus*, est, οὐ μόνον λειπόμενος τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ πάσης ἐλπίδος ἀπολειπόμενος. pro Caio Rabirio perduellionis reo, *Nemo est*, inquam, *inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur*. οὐχ ὅπως πάσης καλοκἀγαθίας, ἀλλὰ καὶ προσποιήσεως ἀπολελειμμένος. Pro Cluentio, *Hoc vno modo, iudices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat: quod aut ij qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut ij quorum eminet audacia, atque proiecta est, à consilijs malitiæ deseruntur*. ἢ ὅτι οἱ κακοήθεις, καὶ πανοῦργοι ταῖς ἐπινοίαις οὐκ ἴσα τολμῶσιν: ἢ διότι, τολμηροὶ καὶ ἀπονενοημένοι τῶν βουλευμάτων τῆς πανουργίας ἀπολείπονται.

Ἐφοίτα πρὸς αὐτὴν) φοιτᾷν commeare ad mulierem stupri caussâ: vel cum muliere stupri consuetudinem habere. Iliad. ξ de Ioue & Iunone.

Οἷον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι

Εἰς

Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λήθοντε τοκῆας.

In torum itantes clam parentibus. Diſcipuli quoque dicuntur φοιτᾷν ἐς διδασκάλου, itare ad ſcholam. Xenophon primò παιδείας. οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην. Pueri quidem in Ludos itantes diſcunt iuſtitiam. Dem. pro Corona, ἐμοὶ μὲν τοίνυν ὑπῆρξεν Αἰσχίνη, παιδὶ μὲν ὄντι φοιτᾷν εἰς τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖα, καὶ ἔχειν, ὅσα χρὴ τὸν μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσοντα δι' ἔνδειαν: ἐξελθόντι δ' ἐκ παίδων τἀκόλουθα τούτοις πράττειν, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμιᾶς φιλοτιμίας μήτ' ἰδίας, μήτε δημοσίας ὑπολείπεσθαι. mihi contigit Aeſchine, puero quidem in ludos itare ætati congruentes, & habere, quicquid oportet eum, qui nihil turpe facturus eſt, propter egeſtatem. è pueris autem cùm exceſſeram, quæ hiis conſequentia ſunt agere: choragi, Trierarchi munera obire: tributa conferre: nullum negotium, in quo honos eſſet vllus, neque privatum, neque publicum ſubterfugere. hæc omnia cõiunxi, quia vides hìc quoq; exemplũ ſuperioris loci. Ibidem, ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων. Tu docebas literas, ego itabam ad ludum, quod liberalius. non enim habet dignitatem docere, ſi tanquam in ludo, inquit Cicero Oratore. Aeſchines cõtra Timarchũ. καὶ τοὺς νεανίσκους τοὺς εἰσφοιτῶντας, οὕς τινας δεῖ εἶναι, καὶ ἅς τινας ἡλικίας ἔχοντας, & adoleſcẽtes in ludũ ituros, quos eſſe oportet, quaq; ætate præſcripſit Solon legiſlator. item καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῆς συμφοιτήσεως τῶν παίδων, καὶ τῶν χορῶν ἐγκυκλίων. diſcipulus φοιτητὴς, condiſcipulus συμφοιτητὴς. Sic apud Platonem Gorgia: φοιτᾷν εἰς παλαί-

στραν

στρῶν. aliud est illud Theocrit. Idyl. 2. βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν i. βαδιοῦμαι. hoc enim vel semel fieri potuit: illud ex consuetudine fiebat. Item de reditu, τῆς προσόδου, dicitur hoc verbum. Herodotus lib. 5. πρῶτον μὲν γὰρ ἔχεται τῆς λίμνης τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τούτων τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρας ἑκάστης ἐφοίτα. Primùm quidem paludi metallum adhæret, ex quò posteà Alexandro talentum argenti quotidiè redibat. & de aliis rebus. Plato epist. 7. Ἐπιστολαὶ δὲ ἐφοίτων παρὰ Ἀρχύτου, καὶ τῶν ἐν Τάραντι. Sic Thucidides ἐφοίτων ἀγγελίαι. crebræ epistolæ, crebri veniebant nuntij. Nehemiæ 8. *In diebus illis crebræ à proceribus Iudæorum epistolæ veniebant ad Tobiam, & à Tobia vicissim ad eos.* Verbum Heb. מהלכות melius Græci reddidissent ἐφοίτων. denique φοιτᾶν est frequenter & pro consuetudine ire, aut venire in aliquē locum. quod Latini dicūt ventitare, itare: itē commeare. Cæsar lib. 1. de bello Gallico, Horum omnium fortissimi sunt Belgæ: propterea quod à cultu atque humanitate provinciæ longissimè absunt, minimeque ad eos mercatores sæpe commeant, atque ea, quæ ad effœminandos animos pertinent, important. τούτων ἁπάντων ἀλκιμώτατοί εἰσιν οἱ Βέλγαι, διά τε τὸ ἀπέχειν ὡς πορρωτάτω τῆς τρυφῆς καὶ τῆς κομψότητος τῆς ἐπαρχίας, καὶ οὐχ ἥκιστα διὰ τὸ ὡς αὐτοὺς οὐδαμῆ οὐδαμῶς τοὺς ἐμπόρους εἰσφοιτᾶν, οὐδ' εἰσάγειν τὰ εἰς τὸ θηλύνειν τὰς ψυχὰς ἀνήκοντα. φοιτᾶν est etiam incedere μαινομένου δίκην, furentis modo, vel furore agitatum. Iliados 5.

Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα,

φοίτα

φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἕκτορος, ἄλλοτ' ὄπισθεν.

Mars verò in manibus haſtã quatiebat ingentem. gradiebatur autẽ aliàs ante Hectorem, alias poſt. ad quem locum Euſtathius. εἰ καὶ οἱ μετὰ τὸν ὅμηρον τὸ φοιτᾷν ἐπὶ μαθητῶν ἰδιάζουσιν, ὅθεν καὶ φοιτητὴν λέγουσι τὸν μαθητήν: ἀλλ' ὁ ποιητὴς ὁρμᾷν, φοιτᾷν λέγει. Sic etiam Heſiodus. at ſi inquit ſecundum veteres φοῖτος ἡ μανία, οἰκειότατον ἐνταῦθα ἄρεϊ τὸ φοιτᾷν μανιωδῶς ὁρμωμένῳ κατὰ ἑλλήνων. Clemens Alexandrinus 2. Pædagogi ἀλλ' αἰσθάνομαι ὅθεν ἡ εὐπρόσωπος ἐρρύη τῶν δείπνων προσηγορία: ἀπὸ φαρύγγων καὶ φοιτητῆς μανίας ἐπιδείπνων κατὰ τὸν κωμικόν. Sed ſentio, vnde ſpecioſa cænarum fluxit appellatio, nempe à gulis, & furiali inſania cænarum ſecundarum. Forſitan vel legendum φοιτώσης μανίας, vel φοιτησάσης. hinc γαστριμαργία, καὶ λαιμαργία. quod ſi hoc φοιτᾷν ſit proprium Martis teſte Euſtathio, vide ne hinc gradivus dicatur Latinis. Regum 4. Cap. 9. *Eſt autem inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij Namſi. præceps enim graditur*, hoc eſt φοιτᾷ. Hebræa vox eſt בשגעון cum amentia. Aeſchylus Prometheo de Ioe. θεόσυτον δὲ νόσον ὠνόμασας, ἅ μαραίνει με χρίουσα κέντροισι φοιταλέοις, σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις λαβρόσυτος ἦλθον, divinitus immiſſum morbum nominaſti, qui contabefacit me fodicans ſtimulis furialibus. Saltans autem ieiunis flagrorum cruentationibus toto impetu me proripui: Hæc dicit Inachi filia de ſeſe. erat enim οἰστροπλήξ. Νυκτίφοιτος ὁ κλέπτης fur. ἠερόφοιτος nebulo, aut tenebrio, à nebulis & tenebris. Vide Feſtum. nam ἠέρα θηλυκῶς Euſtathius interpretatur ἀορασίαν. & eſt aer certè ſuâ naturâ non illuſtratus ſole, tenebroſus

brosus. Iliad. 3.

—Νότος κατέχευεν ὁμίχλην
Ποιμέσιν οὔ τι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Notus offûdit nebulam pastoribus ingratam, sed furi nocte meliorem. Aeschylus Prometheo, ἔτλην γεγωνεῖν νυκτίφοιτ' ὀνείρατα, Sustinui insomnia quæ noctu grassantur, proloqui. φοιτᾶν etiam aliqua clade grassari. Theocritus Idyl. primo.

—Α' μὲν ἀν' ὄρχως
Φοιτῇ σινομένα τὰν τρώξιμον. hæc quidem per ordines arborum grassatur, lædens vitem esculentam.

Μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι με νόμιζε) μίμησις sive ἠθοποιΐα qua anus hæc blãdiloqua vtitur. Quæso te, mi Euphilete, ne me putes curiositate aliqua ad te venire: aut quòd res tuas plus, quam alienam decet, observem. non equidem curiositate: sed quod bene tibi, & familiæ tuæ velim, atque ex animo cupiam. Estque hæc insinuatio κατὰ πρόληψιν: quale est exordium Demosthenis πρὸς βοιωτὸν ἐξ ὑπολήψεως. οὐδεμιᾷ φιλοπραγμοσύνῃ μὰ τοὺς θεοὺς, τὴν δίκην ἔλαχον ταυτηνὶ Βοιωτῷ. Plutarchus ἡ πολυπραγμοσύνη φιλομάθειά τίς ἐστιν ἀλλοτρίων κακῶν οὔτε φθόνου δοκοῦσα καθαρεύειν νόσος οὔτε κακοηθείας. Vitium quo quis aliena mala, atque incommoda scitatur cupide, & exquirit, cum invidentia coniunctum & malevolẽtia. τί τ' ἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε, κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις; Hor. *Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum, Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius.* Μετάθες ἔξωθεν, καὶ μετάστρεψον

στρέψον εἴσω τὴν πολυπραγμοσύνην, intrò converte tuam curiositatem, atque ad teipsum & res tuas oculos transfer. alia eiusdem definitio. ἐστὶν ἡ πολυπραγμοσύνη περιεργία, καὶ φιλοπευστία τῶν ἐν ἀποκρύψει καὶ λανθανόντων. Curiositas est libido scitandi ea quæ latent & sunt abscondita. Plautus Mercatore. Musca est πολυπράγμων, nihil potest clam illum haberi: Nec sacrum, nec prophanum quicquam est, quin ibi illico assit. Qui sunt igitur πολυπράγμονες & περίεργοι, sic loquuntur. Hic est ignobili genere natus: est avus è Syria: avia è Thracia, hic debet tria talenta: ille fœnus non reddidit. quin illa etiam anquirunt, vnde exiit vxor alicuius. quid inter se duo locuti sunt in angulo. vitium virgini, vel stuprum illatum fœminæ, vel discordiam fratrum, nemo prius intelligit. denique omnia scire volunt. καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν, vt inquit Theocritus, id est, quid Iupiter Iunoni in aurem dixerit. Plautus Trinummo. *Omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt. Quid quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt. Id quod in aurem rex reginæ dixerit, sciunt: quid Iuno fabulata est cum Ioue. Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ij sciunt;* Falson' an verò laudent, culpent, quem velint, Non flocci faciunt, dum illud, quod lubeat, sciant. Non est ergò πολυπράγμων: qui multis suis negotiis se implicat: quamvis hoc sonat nomen: sed nec curiosus quidem omnis, qui res curat alienas (vt ille apud Comicum, *Tantumne est abs re tua otij tibi, Aliena vt cures, eaq; quæ nihil* Cic. epist. fa.

ad

ad te attinent) sed qui intentus est observator, & acris animadversor alienorum malorum. Sic enim vsus restrinxit hoc vocabulum, quod per se latius patet. itaque Eratosthenes & omneis Mœchi sunt πολυπράγμονες in primis. ἀλλότρια γὰρ κάλλη περιεργάζονται. formas alienas curiosis oculis spectant. nec ipsa μοίχεια quicquam aliud est definiente Plutarcho, quàm πολυπραγμοσύνη τῆς ἀλλοτρίας ἡδονῆς, καὶ ζήτησις, καὶ ἔρευνα, καὶ γύμνωσις τῶν ἀποῤῥήτων. alienæ voluptatis quæstio curiosa, & scrutatio, atque nudatio secretorum. Quare non sine caussa veniam hæc mulier deprecatur ab Euphileto, quòd ad illum subitò venit factura de suis malis certiorem, quæ ipsi erant incognita. Sed curiosus Latinè est, non solum hic, quem diximus, diligens mali scrutator, & percunctator alieni: sed ille etiam, qui nimis magnam curã, multamq; operam in res confert non

1.Offic. necessarias, vt inquit Cicero. Varro. *Cura quòd cor vrat. curiosus, qui hac præter modum vritur.* vocabula enim, quæ sic desinunt, morbum ferè & vitium auctore Gellio declarant. nec semper tamen in vitio ponitur hoc nomen. Plinius lib. 25. Capit. 2. *Is ergò in reliquâ ingenij magnitudine medicinæ peculiariter curiosus.* quod plus est quam studiosus, de Mithridate. πολυπράγμονα Plutarchus similem facit Lamiæ, quam aiunt domi canere cæcam, oculis in vase absconditis. sed cum foras progreditur resumere illos oculos, quibus omnia acutè perspiciat. sic homines curiosos in suis vitijs cæcos esse, in

de continentia. aliorum nimis perspicaces. bene ergò Seneca. *Esto vitiorum fugax ipse: aliorum verò neque curiosus scru-*

ſcrutator, neque acerbus reprehenſor, ſed ſine exprobatione correptor. *non poteſt* πολυπράγμων. melius definiri, quam curioſus ſcrutator aliorum: modò eam ſcrutationem intelligamus, quæ mala duntaxat exquirit, non quæ in aliis ſunt bona. ad hæc enim cæcutiunt, aut etiamſi clarè perſpexerint, diſſimulant tamen, vel etiam detrahunt. Nec verbum eſt vllum magis huic rei idoneum. hic enim eſt, quẽ notat Horatius,

Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam,

& *Percunctatorem fugito.* Herodotus lib. 5. πολυπράγμονα videtur intelligere, non curioſum, vt Plutarchus, ſed vt vulgus, negotioſum, qui ſe rebus immiſcet alienis & munera alterius attingit. Sic enim Ariſtagoras Meleſius increpat Megabatẽ Perſarum ducem, σοὶ καὶ τούτοισι τοῖσι πρήγμασι τί ἐστι; οὐδὲ ἀπέστειλε Ἀρταφέρνης ἐμέο πείθεσθαι, καὶ πλέειν τῇ ἂν ἐγὼ κελεύω; τί πολλὰ πρήσσεις .i. πολυπραγμονεῖς. quid verò tibi cum hiſce negotiis? nonne te miſit Artaphernes, qui mihi pareres, & navigares, quò ego iuberẽ? quid plurà agis quàm neceſſe eſt? ſed rectè clemẽs Alexãdrinus 2. Pædagogi, Antiphanes Delius medicus vnam hanc etiam cauſſam eſſe morborũ dixit, ciborũ varietatem, τῶν περὶ τὴν ἀλήθειαν δυσαρεστούντων, κενοδοξίᾳ δὲ ποικίλῃ τὸ σῶφρον τῆς διαίτης ἐξομνυμένων, καὶ τὰς διαποντίους πολυπραγμονούντων ἐδωδάς. hominum, quibus non placet vera victus ratio, ſed qui per rerũ variarũ inanem gloriam, ſobrium victũ eiurant, & tranſmarinas ſcrutantur eſcas. qualis erat Apicius ille, nepotum omnium altiſſimus gurges, vt inquit Plin. qui cũ eſſet Minturnis, & ſquillis, quæ ibi ſunt maximæ, Athenaus lib.

vesceretur, forteque audisset in Africa maiores esse, eodem die eò navigavit: & tempestate conflictatus adversâ, cùm prope iam esset, vt appelleret ad locũ, prius quam egrederetur è navi (multa enim adventus fama præcesserat) piscatores obviam navigantes squillas obtulêre pulcherrimas. quas cum videret, quæsivit haberéntne maiores. cum illi grandiores ibi nasci negarent, iussit gubernatorem, vt erat, conversa navi Italiam repetere, & ne terrã quidem attigit. esse autem τὸ πολυπραγμονεῖν perscrutari, nec melius posse reddi, vel ex hoc Tertulliani liquet Apol. cap. 35. *Cui autem opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid adversus illam cogitatur, vel optatur, aut post illam speratur, & sustinetur? non ea mente de charis consulitur, qua de Dominis. aliter curiosa est sollicitudo sanguinis, aliter servitutis.* de charis περὶ τῶν φιλτάτων. i. de coniugibus & liberis. vides illam perscrutationem curiosam dici sollicitudinẽ. i. πολυπραγμοσύνην καὶ περιεργίαν. loquitur autem Tertullianus de ijs, qui astrologos, haruspices, augures, magos de Cæsarum capite consulebant. *Quas artes*, inquit, *vt ab angelis desertoribus proditas, & à Deo interdictas, ne suis quidem caussis adhibent Christiani.* hæ sunt artes illæ, de quibus Actorũ 19. quas qui exercent, ibi dicũtur περίεργα πράττειν. i. πολυπραγμονεῖν. Eas Constantinus Codicis lib. 9. Tit. 18. sustulit his verbis. *Aruspicem nemo consulat aut Mathematicum, nemo Ariolum. Augurum, & vatum prava professio conticescat. Chaldæi ac magi & cœteri, quos maleficos, ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partẽ aliquid moliantur. Sileat omnibus*

nibus perpetuò divinandi curiositas. Etenim supplicium capitis feret gladio vltore prostratus, quicunque nostris iussis obsequium denegaverit. Paulus 2. ad Thess. ca. 3. quosdam inter eos ambulare ait, μηδὲν ἐργαζομένους ἀλλὰ περιεργαζομένους, quos vocat ἀτάκτους .i. inquietos, vt vetus interpres reddidit, & vitandos monet. Eosdem hortatur alibi τὰ ἴδια πράσσειν res suas agere quod opponitur τῷ περιεργάζεσθαι, καὶ πολυπραγμονεῖν. hominum enim otiosorum hic morbus est: & qui nihil habet suum quod agat, res curat alienas. hij sunt quos Petrus vocat ἀλλοτριοπισκόπους.

ἂν βασανίσῃς ἅπαντα πεύσῃ) βάσανος per translationē ἐξετασμὸς quæstio, tormentum. propriè Lydius lapis, quo exploratur aurum. Theognis, οὐδέν' ὅμοιον ἐμοὶ δύναμαι διζήμενος εὑρεῖν Πιστὸν ἑταῖρον, ὅτῳ μή τις ἔνεστι δόλος. Ἐς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατρίβομαι, ὥστε μολίβδῳ χρυσός. Neminem mei similem queo vestigans invenire fidelem amicum, cui nullus insit dolus. ad lapidem autem cum venero, sicut aurum contra plumbum tritum resplendeo. & paulo post, εὑρήσεις δέ με πᾶσιν ἐφ' ἔργμασιν, ὥσπερ ἄπεφθον Χρυσὸν, ἐρυθρὸν ἰδεῖν, τριβόμενον βασάνῳ. reperies me omnibus in factis vt recoctum aurum, visu rubrũ, tritum lapide. Pindarus, Πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ὀρθός. Exploranti verò & aurum in Lydio lapide splendescit & mens recta. πρέπειν enim propriè fulgere ἀπὸ τοῦ πρέθειν πέρθειν auctore Eustathio. sic, frequẽter apud Aesculũ invenies Agamemnone. Plato symp. ἵνα χρόνος ἐγγένηται, ὃς δὴ δοκεῖ τὰ πολλὰ καλῶς βασανίζειν. vt tẽpus intercederet, quod videtur bene explorare omnia. sic Dem. χρόνον appellat σαφέστατον ἔλε-

contra Stephanum. ἔλεγχος est βάσανος: vt *lapis auri index, aurum hominum*. ὁ λίθος χρυσοῦ ἔλεγχος, χρυσὸς ἀνθρώπων. hinc librorum indices ἐλέγχους dicimus. & ἐλέγχειν est βασανίζειν: in sacris literis castigare. ad Heb. 12. υἱέ μου μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, μηδ᾽ ἐκλύου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐλεγχόμενος i. βασανιζόμενος. & Psalm. 37. ἐν τῷ θυμῷ σου μὴ ἐλέγξῃς με i. βασανίσῃς. pœnas enim Dei deprecatur. quod addit ἅπαντα πεύσῃ, videtur eódem pertinere & eiusdem esse translationis. Theocritus Idyl. 12. Ἦ που τὸν χαροπὸν γανυμήδεα πόλλ᾽ ἐπιβωστρεῖ, λυδίῃ ἶσον ἔχειν πέτρῃ στόμα, χρυσὸν ὁποίῃ Πεύθονται μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί. Formosum Ganymedem multum invocat, os vt habeat par Lydio lapidi, quo sit ne improbum an verum, explorant aurum argentarii. Sic à Latinis interrogare vsurpatur. Psalm. 11. deus interrogat iustos, ἐτάζει τοὺς δικαίους Glossariũ vetus interrogatio ἐξέτασις. Sallustius *P. Antronius & P. Sylla consules designati, legibus ambitus interrogati, pœnas dedèrunt*. ὕπατοι ἀποδεδειγμένοι, τοῖς τοῦ δεκασμοῦ νόμοις ἐξετασθέντες, δίκας ἔδοσαν: Dem. quoque hæc duo verba coniunxit περὶ βοιωτὸν pro dote, ἵνα ἐκ τῶν παίδων κοινῶν ὄντων πυνθάνωνται, καὶ βασανίζοντες αὐτοὺς καὶ ἄλλῳ ἂν ὅτῳ τρόπῳ βούλονται ζητεῖν. hinc βάσανος quæstio, Hor. *commissumq́; teges & vino tortus & igni*. οἴνῳ βασανισθεὶς καὶ πυρί. id enim agunt tortores ὥστε πυνθάνεσθαι τι τῶν ἀπορρήτων.

Εὐφόρει ἡ μέταυλος θύρα, καὶ ἡ αὔλειος) pro μέσαυλος Atticè, vt μεθόριον & μεταίχμιον. illud enim est τὸ μέσον τῶν ὅρων confinium: hoc, locus medius inter duas acies. Legimus μεσαύλους θύρας apud Euripidẽ: illc

ille enim delectatur τῷ σ. quod irridet Aristophanes. Eust. τὴν μέσην θύραν μέσαυλον φασὶ, τὴν μεταξὺ δυοῖν αὐλαῖν, auctore Ælio Dionysio. ὁ μέσαυλος, & τὸ μέσαυλον apud Homerum media pars stabuli, vel συνεκδοχικῶς ipsum stabulũ, quod Eustathio est αὐλὴ καὶ αὖλις, καὶ ἔπαυλις. vnde Latini fecêre Caulam, vt ἐλεύθω κέλευθος via, ἴω κίω: non quod sit cava ad continendas pecudes, vt vult festus. Iliad. λ.

Ὡς αἴθωνα λέοντα βοῶν ἀπὸ μεσαύλοιο
Ἐσσεύοντο κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀγροιῶται.

Vt fulvum leonem à boum stabulo pellunt, canes, virique agrestes. ad quem Locum Eustathius, apud poetam μέσαυλος ἐπὶ ἀγροτικῆς λέγεται κατοικίας ἤτοι ἐπαύλεως, ἢ μάνδρας, de casa aut tugurio. Iliad. ρ. de leone etiam

—— Τοῦ ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ
Παχνοῦται· ἀέκων δέ τ' ἔβη ἀπὸ μεσαύλοιο.

Huius in præcordiis strenuum cor congelascit. inuitus enim abscessit à stabulo. sic enim Eust. ἀπὸ σταθμοῦ, quod ipse Homerus docuit. præcessit enim ὅν ῥά κύνες τε, καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται, quem canes, virique à stabulo profligaverint. reperitur nonnunquam ἐπὶ ἀνθρωπίνης οἰκήσεως, inquit Eust. vt Odiss. κ.

ὥσπερ Κύκλωψ ἔρξ', ὅτε οἱ μέσαυλον ἵκοντο
—— Ἡμέτεροι ἑταῖροι.

Vt Cyclops fecit, cùm ad eius stabulum venêre nostri socii. Sed hic locus certè non probat hoc nomen de humano domicilio dici. Cyclops enim non erat homo, quod mihi videtur poeta significare voluisse, eũ tanquã immanẽ feram inter pecudes suas in stabulo fuisse. itaq; eius domũ μέσαυλον appellat.

Καὶ ἡ ἄυλειος) Plato Symposio ἐξαίφνης τὴν ἄυλειον θύραν ψόφον παρασχεῖν, ὡς κωμαστῶν καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν. subitò crepuisse atriense ostium, adeò vt comessatorum & tibicinæ vocem audiremus. Budæus, Ianuam vestibularem & Atriensem. nam αὐλὴ atrium aut area. Philo. Iud. de vita Mosis αὐλὴν interpretatur τὸ ὕπαιθρον. erat enim sub dio. Varro liber 4. *Atrium appellatum ab Atreatibus Tuſceis. illinc enim ſumptum exemplum.* Melius censet Io. Scaliger sic dici potius, quòd sit αἴθριον. quod Athenæus quoque confirmat liber 5. ὁ διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται, qui ventis perflatur. & locum, inquit, vento pervium διαυλωνίζειν dicimus. scribit idem αὐλὸς ὄργανον, ὃ διέρχεται πνεῦμα. his consentiunt etymologi, qui αὐλὴν dici volunt ab ἄω, & αἰολικῶς ἄυω, quod est spiro. vnde ἄνεμος. Hebræis Atrium est חצר quod duplex erat in templo, sacerdotum & populi. Greg. Nazian. ἕως εἶ κατηχούμενος ἐν προθύροις εἶ τῆς εὐσεβείας· εἴσω γενέσθαι δεῖ, τὴν αὐλὴν διαβῆναι, τὰ ἅγια κατοπτεῦσαι. Quamdiu es catechúmenus, in vestibulo es pietatis: intrò penetrare oportet, atrium transire, sancta aspicere. quod verbum sumptum à mysterijs, quorum secretiora vocabant κατοπτικά. rectè ergo Budæus interpretatur ἄυλειον θύραν, ianuam vestibularem. allusit autem Gregorius ad Templum Hierosolymitanum, in quo per bina atria introibat Sacerdos in Sancta sanctorum. In veterum ædificijs Eustathius observat hunc ordinem: ἑρκίον septum (vnde Iupiter ἑρκεῖος) αὐλὴ, πρόδομος, quem & αἴθουσαν vocat Homerus, δόμος, θάλαμος

λαμος, qui intimus. ſed vide quantum vſus valet immutare rerum vocabula. αὐλὴ, quondam ſtabulum erat pecudum, quæ nunc eſt domus principum. Hom.

—Ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ
Μυρίαι ἑστήκασιν ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν.

Oues viri diuitis in aula ſtant innumeræ, è quibus lac mulgetur candidum. Idem de Iouis regia. Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή. nec ſum neſcius Athenæum improbare hanc lectionem, atque ita contendere legendum, Ζηνός που τοιαῦτα δόμοις ἐν κλήματα κεῖται. nam eſſet ἀνακόλουθον, inquit, τῷ Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή, ἐπιφέρειν Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλὰ (quod continuò ſequitur) σόλοικον ὂν τῇ ἀσυνήθει τῆς ἀναγνώσεως. at optimè cohæret, ſi in priore verſiculo legamus κλήματα. quæ vox etiam aptiſſimè ex precedentibus infertur. proximè enim præceſſerat, χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος. quæ ſunt κλήματα. et hanc Seleuci lectionem eſſe affirmat, illam Ariſtarchi. Hæc Athenæus ὦ μάλα γενναίως καὶ κριτικῶς ad illum locum. Solon, Odyſſ. δ.

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ.
Αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι.

Sic publicum malum venit domum cuique, & veſtibularis ianua non poteſt excludere. Pindarus. ἔσταν ἐπ' αὐλείαις θύραις ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος, conſtiti in veſtibulo viri per quam hoſpitalis pulchrè canens. igitur αὔλειος θύρα exterior atque atrio proxima: μέσαυλος autem interior.

Καὶ μεσὸς ἦν ὑποψίας ἐνθυμούμενος) Sophocles aliter

Oedipo Col. ἐπεὶ γὰρ ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος, postquam iam expletus eram excandescens, i. posteaquam ad satietatem excandui. θυμούμενος irascens, ἐνθυμούμενος cogitans. θυμὸς enim tria declarat, auctore Eustatio, τὸ ὀργιστικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ λογιστικόν. vnde οἱ αὐτομαθεῖς qui suo marte discunt aliquid sine præceptore, dicuntur θυμόσοφοι, quatenus θυμὸς est νοῦς. Sed bonus hic maritus tandem agitatur suspicione, & vxorem arguere cogitat: quem
Plaut. Merc. nunquam antè prehenderat, vt res gesta sit, suspicio. Sed ζηλοτυπία maximum in coniugibus vitium: cuius affines sunt feminæ magis quàm viri. Iuno Iovem apud poetas semper observat, & suspectum habet. primo Metam.

Suus coniux vbi sit circumspicit, vt quæ
Deprensi totiès bene nosset furta mariti.
Quem postquam cœlo non repperit, aut ego fallor,
Aut ego lædor ait.

Nicolaus Diaconus, ut scribit Euseb. l. 3. ca. 29. quũ formosam haberet vxorem, primò fuit nimis Zelotypus, eamque custodiebat attentius. sed quũ illũ Apostoli graviter reprehenderent ob eam rem, in vitium planè contrarium lapsus est, & tantum abfuit à Zelotypia, vt omnibus vxorem suam prostitueret. vnde Nicolaitarum hæresis, cuius Apocalypsis meminit. de hoc sic Clemens Alex. lib. 3. strom. ὡραίαν γυναῖκα ἔχων φασὶ, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, πρὸς τῶν ἀποστόλων ὀνειδισθεὶς ζηλοτυπίαν, ἐς μέσον ἀγαγὼν τὴν γυναῖκα, γῆμαι τῷ βουλομένῳ ἐπέτρεψεν, ἀκόλουθον γὰρ εἶναί φασι τὴν πρᾶξιν ταύτην ἐκείνῃ τῇ φωνῇ, ὅτι παραχρῆσθαι τῇ σαρκὶ δεῖ. καὶ δὴ κατακολουθήσαντες τῷ γενομ-

γενομ-

γεγενημένῳ, καὶ τῷ εἰρημένῳ ἁπλῶς καὶ ἀβασανίστως, ἀναίδην ἐκπορνεύουσιν οἱ τὴν αἵρεσιν μετιόντες. Hic cùm formosam haberet uxorem, post assumtionem Domini, ab apostolis exprobratus zelotypiam, in medium producens eam, qui vellet, ductare permisit. Consequens enim esse aiunt hoc factum illi voci, Carne est abutendum. & quidem hoc secuti quod sic factum est, & dictum simpliciter, & sine examine, scortantur effusè, & sine ullo pudore, qui sequuntur hanc sectam. Ecclesiasticus, 9. Μὴ ζήλου γυναῖκα τοῦ κόλπου σου, μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν. Ne zelaveris uxorem sinus tui, nec docueris contrà teipsum disciplinam malam. Sed dehinc locos hosce communes qui tam sæpe incidunt, ut scopulos vitare decrevimus. Veremur enim ne iam adeos offendimus.

Ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν) ἀκόλουθος pedissequus, comes, παρὰ τὸ α ἀθροιστικόν, & κέλευθος, ut ἄδελφος ὁ ὁμογάστριος: δελφὺς enim γαστήρ. ἀγορὰ forum, & quod venit in foro, commeatus. In Verrem lib. 5. *Te igitur auctore & interprete, ne foro quidem & commeatu Mamertini pop. Rom. iuvare debuêrunt.* Est etiam forum iudiciale, necnon concio. Iliad. α. οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν, nec unquam in foro versabatur, quo viris gloria quæritur. Nunc θεράπαιναν vocat, quam antè παιδίσκην. est tamen aliquid inter δοῦλον atque θεράποντα discriminis. Clemens Alexandrinus primo strom. Ἔξεστι δὲ μὴ εἶναι ἀπειθείας υἱόν: ἀλλὰ μεταβαίνειν ἐκ τοῦ σκότους εἰς ζωὴν, καὶ παραθέντα τῇ σοφίᾳ τὴν ἀκοὴν, νόμιμον εἶναι θεοῦ, δοῦλον μὲν τὰ πρῶτα, ἔπειτα δὲ πιστὸν γενέσθαι θερά-

πόντα

πεντα, φοβέμενοι κύριον τὸν θεόν. εἰ δέ τις ἐπαναβαίη, τοῖς υἱοῖς ἐγκαταλέγεται). Licet non esse incredulitatis filium, sed transire de tenebris in vitam, &, si aurem accommodaverit sapientiæ, legitimum esse Dei servum quidem primùm: deinde verò fidelem fieri famulum, timentem Dominum deum. quod si quis etiamnum altius ascenderit, in filiis recensetur. vides triplicem gradum δούλου, θεράποντος, υἱοῦ. est igitur θεράπων, qui liberalem servit servitutem: aut qui ne servit quidem, sed ad certa quædam officia tantummodò ministrat. Iliad. ν. Μηριόνης δ᾽ ἄρα οἱ θεράπων ἐῢς ἀντεβόλησεν, Meriones Idomenéo obviam factus est administer bonus. quem ipse Idomeneus mox appellat φίλτατον ἑταίρων. at alibi, Ἰδομενεὺς καὶ ὀπάων Ἰδομενῆος Μηριόνης. i. comes, ὀπαδός. Ælianus. Venus autem eligit ὀπαδὸν τε καὶ θεράποντα ἀντ᾽ ἐκείνου τὸν ἔρωτα. eadem ergò conditione, sed non eadem erant dignitate, vt etiam Diomedes & Sthenelus. non est igitur quòd exteri mirentur generosos homines apud nos, viris nobilibus velle servire. non est enim θεραπεύειν idem quod δουλεύειν. illud enim officiosum munus, hoc necessarium. & illud voluntatis, hoc quod inviti facimus. Nec omnia servitia sunt eiusdem conditionis: & Domini dignitate augetur servitiorum humilitas. Vestes autem quas gerunt cum insignibus, non tam sunt servitutis insignia, quàm libertatis. Itaque *Liberaturas* vocant, credo quod dabantur olim liberatis hominibus è servitute.

Ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν) μαστιγοῦν quod antè βασανίζειν dixerat. sed illud generale, hoc specialius. Arist. 1. Rhet. sunt, inquit, ἄτεχνοι πίστεις πέντε

τὸν

τὸν ἀειθμὸν, νόμοι, μάρτυρες, συνθῆκαι, βάσανοι, ὅρκος. leges, testes, pacta conventa, quęstiones, jusjurandum. Pro Milone. *Facti in equuleo quæstio est, iuris in iudicio.* partitionibus Orat. *Humanum testimonium spectatur ex auctoritate, ex voluntate, ex oratione, aut libera, aut expressa, in qua insunt scripta, pacta, promissa, iurata, quæsita.* Orationem intellige expressam βασάνῳ. hic locus pro Milone tractatur. *Sed quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ in hunc in atrio Libertatis. quibusnam de servis? rogas? de P. Clodij. quis eos postulavit?* Appius. *quis produxit?* Appius. *unde? ab* Appio. *Dij boni quid potest agi severius.* Deinde eludit hanc quæstionem κατὰ μίμησιν. *Age verò quæ erat, aut qualis quæstio? heus tu Ruscio, cave sis Mentiare. Clodius insidias fecit Miloni? fecit. certa crux. nullas fecit. sperata libertas. quid hac quæstione certius.* Noster orator non est tam facetus; neque id tulit, in qua adhuc versatur, narratio. Sed quoniam hanc quoq; quæstionẽ, quæ facta est in ancillam de heræ pudicitia, venustam & lepidam fuisse oportet: age, si placet, nos quoque eam μιμητικῶς exprimamus, & Euphileti verba conêmur imitari, quibus usum esse eum verisimile est. Producit ancillam coram amico, quem advocaverat, & sic cum illa agit. Dic ancilla, tu nosti quendam Eratosthenem? novi. quid? nonne is solet me absente domum ad me venire? solet. quid uxor mea? quemadmodum illum me absente accipit? satin comiter? hic ancilla obmutuit. Eratosthene enim nominato statim intellexit herum suum rem omnem resciviste. Itaq; supplex accidit ad genua eius: delicti veniã orat, & sibi, & heræ.

Mihi

Mihi quoque à severioribus venia poscenda est, qui præter ætatem videor hîc Mimum agere. Laberium asperæ libertatis equitem, Cæsar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam, & ipse ageret Mimos, quos scriptitavit. Laberius, qui nihil denegare tanto viro roganti potuit, & precium pollicenti, in scenam prodiens ipse recitavit hos versus, quibus excusaret suam verecundiam.

Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio:
Nullus timor, vis nulla: nulla autoritas,
Movere potuit in iuventa de statu,
Ecce in senecta ut facilè labefecit loco,
Viri excellentis mente clemente edita,
Summissa placidè blandiloquens oratio.

Hæc sunt apud Macrobium Satur. lib. 2. cap. 7. Me autem nunc, ut verum fatear, non Cæsar, aut potestas aliqua maior cogit ἀσχημονεῖν: Sed ut Crassus apud Ciceronem, dum adolescentulorum studiis obsequor, me esse senem sum oblitus. Sed neque hæc aliter parata, ut nunc sunt hominum palata, opinor placerent, neque ego tam ineruditus, aut tam sine omni lepore ac sale unquam fui, ut quæ quibus cibis apta essent condimenta, nescirem. Si quibus hæc displicent, eorum est culpa, qui usque ad hanc ætatem non graviorem nobis imposuére personam.

Εἰς μυλῶνα ἐμπεσεῖν) ut ὁ ἀμπελὼν, ἡ ἄμπελος, vinea vitis, sic ὁ μύλων pistrinum: ὁ μύλος mola, id est, machina, quæ circumactu silicum atque conflictu frumentum terit. Plutarchus de sera Numinis Vltione, ὀψὲ θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτόν. Serò Deûm

molæ commolunt, ſed poſtquam cœpére, ad tenue commolunt. ἀλεῖν & ἀλήθειν molere. hinc ἄλευρον farina. μύλων igitur περιεκτικώτερον. nam hæc terminatio ferè locum declarat, ut diximus. Ex eadem enim ἀναλογίᾳ δαφνῶνες Laurêta: μελισσῶνες, quos Varro de re ruſtica *Mellaria* appellat: *Apiaria vulgus dicit, in quibus ſiti alvei apum. ſed neminem eorum fermè, qui incorruptè loquuti ſunt, aut ſcripſiſſe memini, aut dixiſſe.* Gell. lib. 2. cap. 20. περιστερεὼν columbarium. Plato Theætêto. Νῦν αὖ ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ ποιήσωμεν περιστερεῶνα παντοδαπῶν ὀρνίθων. nunc rurſus in quaque anima fingamus columbarium, in quo ſint aves cuiuſque generis. Xenoph. Symp. ὁ ἀνδρὼν κεκοσμημένος εἴη μᾶλλον, virorum cubiculum erit ornatius: quod ſuprà ponendum fuit. Domini ſervis nequam Piſtrinum minitantur in Comœdia. Terent. Andr. *Verberibus cæſum te in piſtrinum Dave dedam uſque ad necem: ea lege, atque omine, ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam.* Plautus Merc. *Atq; eximam mulierem precio: ſed quæ non erat in piſtrinum coniecta.* Non enim ſervi ſolum cogebantur tolerare hunc ærumnoſum laborem, ſed ancillæ etiam. Terentius Adelphis. *Atque ibi favillæ plena, fumi, ac pollinis coquendo ſit faxo, & molendo.* Plautus Merc. *Nihil opus nobis ancilla, niſi quæ texat, quæ molat, lignum cædat, penſum faciat, ædis verrat, vapulet.* Plutarchus Sympoſio. Ego in Lesbo cùm eſſem, hoſpitem mulierem audiebam canentem ad molam, ἄλει μύλα ἄλει. καὶ γὰρ Πίτλακος ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων, mole tu mola, mole. Nam Pittacus regnando magnas Mitylenas commolit. Iſaias cap. 3. de eiuſmodi Tyrannis,

Tyrannis, *Qui commolitis ora pauperum.* Exod. 12. *Morietur omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio suo, vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est in carcere.* Heb. post Molam, nempe transatilem, quam qui circumagunt, non præcedunt, sed sequuntur obnixè trudentes. Iunius. Dignus erat laude Prometheus ille, aut quisquis fuit, qui primus levavit homines hoc tam gravi labore. ille enim

Aescul. Prome. *Ἔζευξε πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα,*
Ζεύγλαισι δουλεύοντα σώμασίν θ᾽ ὅπως
Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένωνθ᾽.— Iunxit primus animanteis, ut seruitio fungentes corporibus, maximarum successores essent ærumnarum mortalibus. At aliquis extitit multa post secula, qui, non ut Prometheus, iumenta pro hominibus huic labori substituit, sed ab hominibus, atque iumentis hunc laborem ad aquam & ventos transtulit. Varro Molere à molliendo dictum tradidit, quod mola frumentum mollit ac conterit. Ego deducerem potius molam ἀπὸ τῆς μύλης vnius literæ discrepantia: præsertim cùm ratio reddi possit probabilis, cur vocabulum ipsum Græcum immutaverit illam literam. Quid si enim dicamus, Mola à Græco μύλη. certè nos ἀναλογία defendet. sic enim Aeoles μονὴν μύνην, & ὄνομα dicunt ὄνυμα, auctore Eustathio. & sic Latini popolus populus. est enim à πολὺς. quare ego potius existimo Mollire dictum à molendo. Sed unde Græcum μύλη, difficile est de omnibus, planeque ἀμήχανον rationē reddere. bene enim *Varro* dixit, *Etymologicè*

Lib. 6.

non

non omnium verborum posse dici caussas. Sed in his rebus, si vis esse aliquis, audendum est. accipiat quisque ut libet, licet, ego sic censeo: in μύλη factam esse eam mutationem literarum quam diximus, ut primum sit μόλη, ὅτι μόλις καὶ χαλεπῶς ἀνύεται τὸ ἔργον. erat enim gravissimus labor primitus, quum hominum operâ fiebat. quo facilius fuit Latinis nativam vocalem repetere. eiusdem originis est μολεῖν, quod cum labore. ærumnam pati nos dicimus, *to moyle*, utráque coniuncta vocali. Hom. ὅπποθ' ἐγώ περ ἴω μετὰ μῶλον ἄρηος. Eust. τὴν πολεμικὴν κακοπάθειαν, παρὰ τὸ μόλις. hinc commodè poeta finxit τὸ μῶλυ, quod ἀλεξιφάρμακον Vlyssi contra Circen Mercurius demonstravit, quia magni laboris hoc invenire. quod ipse etiam poeta indicat his verbis, Odyss. κ.

— Χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Ergò quæ sit hæc herba frustrà quæritur. quis enim non videt allegoriam esse totam hanc fabulam? & cur non tam ei licet herbarum nomina, quám avium atque hominum fingere? Circen enim voluit intelligi τὴν ἡδονήν: eius pharmaca, blanditias voluptatis. Adversus quas unicum remedium, virtus atque prudentia, quæ difficilis. Sed hæc obiter. μῶλος ἄρηος igitur ἡ ταλαιπωρία τοῦ πολέμου. Ex quo Livius belli molem toties dixit: quod nomen hic auctor non semel posuit pro labore. ut lib. 7. *Eò namq; omnem belli molem inclinaturam censebant.* Item, *qui & ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat.* de Valerio

Corvino

Corvino.& lib.6. *Flammis in castra tendentibus, vapore etiam ac fumo, crepituque viridis materiæ flagrantis, ita consternavit hostes, ut minor moles superantibus vallum in castra Volscorum Romanis fuerit, quàm transcendentibus sepem incendio absumtam fuerat.* Pro labore hîc manifestò ponitur. sic apud Tacitum Annalium 13. *Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum, quàm contrá perfidiam hostium erat.* Virg. Tantæ molis erat Romanam condere gentem, id est, tanti negotij. de Oratore 3. *Maior mihi moles, maius miscendum est malum.* Ex hac verbum Molior, magno cum labore aliquid facio, magnoq; conatu. 1. Tusc. *Licet etiam mortalem esse animum indicantem æterna moliri.* Virg. Aeneid.4.

Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli
Respice.

Eruditè ut omnia, *moliris laborem*, ac si quis Atticè diceret, Moliris molem. ut etiam illud, Nulla movet, pro Non movet. sic Terentius & Plautus, *Nullus mones, Nullus nuntiavit*, pro Non mones, non nuntiavit. Primo de Natura Deorum. *Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuérunt?* Ex eodem, *Molestus* quamvis prima brevi. 1. de Oratore. *Qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ moles molestiarum, & turbulentissimæ tempestates extitérunt.* Iam quòd toties dicitur in sacris literis eduxi te de Aegypto, de domo servorum: מבית עבדים, viri docti *μεταφορικῶς* domum servitutis intelligunt pistrinum, i. *μύλωνα*: fuerunt enim

in

in Aegypto, quasi in pistrino durissima servitute, quum lutum & stipulam comportare, lateres ad numerum excoquere, & dare cogebantur. huc addimus tanquā corollarium illud Plutarchi symposio. ἀτεχνῶς τὴν πολλῶν ἴδοι τις ἄν, ὥσπερ ἐν μύλωνι, τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἐγκεκαλυμμένην. enimvero multorū videas animum, ut in pistrino, sic in corpore obrutum. fortasse hinc Mulus. adhibebant enim mulos & asinos huic ministerio.

Κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην) tantis malis constrictā. actorum 18. συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν χριστὸν, Ἰησοῦν. constringebat eum spiritus atq; cogebat testari Iudæis Christum. ad Phil. 1. συνέχομαι ἐκ τῶν δύο. coarctor á duobus. 2. ad Cor. cap. 2. ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν. ex multa pressura, atq; angustia cordis. idem θλίβειν καὶ συνέχειν.

Κατειπούσαν ἅπαντα τἀληθῆ) κατειπεῖν id dicere cōtra aliquē, quod ei sit fraudi futurū, & quod illi noceat.

Πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακὸν κατηγόρει) κατεῖπεν, ἐμήνυσε. κατηγορεῖν arguere, indicium facere. Plutarchus in Bruto, Βροῦτος ἐγκατιδὼν τοῦ Λαίνα σχήματι δεομένου σπουδῇ, καὶ οὐχὶ κατηγοροῦντος. (hic quoque absolutè ponitur) cum Brutus ex gestu Popilij Lænæ, vidisset illum à Cæsare orare aliquid seriò, non coniurationem indicare. præcessit enim, τεκμαιρόμενοι μήνυσιν εἶναι τῆς ἐπιβουλῆς τὴν κοινολογίαν. coniicientes indicium esse coniurationis colloquiū eius cum Cæsare. Idē est igitur μηνύειν, καὶ κατηγορεῖν. at Xenophon primo παιδείας, eadem significatione, cum eo casu posuit hoc verbum, quem regit quum accusationem significat.

ὥσπερ γὰρ ἐν σώμασιν, ὅσοι νέοι ὄντες μέγεθος ἔλαβον, ὅμως ἐμφαίνεταί τι αὐτοῖς ὃ κατηγορεῖ τῆς ὀλιγοετίας, οὕτω καὶ Κύρου ἐκ τῆς πολυλογίας οὐ θράσος διεφαίνετο, ἀλλ' ἁπλότης, καὶ φιλοστοργία. Vt enim in corporibus, qui iuvenes ad iustã crevêrunt magnitudinẽ, tamen in illis iuvenile aliquid apparet, quod annorum arguat paucitatẽ: sic etiam in Cyri loquacitate, non confidentia cernebatur, sed simplicitas naturæ, & avi caritas. i. ut iuvenes, quamvis iustam habent corporis magnitudinem, robur tamẽ & vires non habent, sed est aliquid in illis, quod iuvenes esse declaret: sic ea erat Cyri loquacitas, quæ non inanem confidentiã haberet, qualis esse in hominibus solet ætatis corroboratæ, sed quæ morum indicaret ingenuitatem, & avi caritatem. ac si diceret, alia est loquacitas in pueris grata omnibus, cum simplicitate coniuncta; alia in viris aut senibus, in qua confidentia inest omnibus odiosa. quia obscurior est similitudo, sic illustrandam putavimus. Plato Alcibiade primo cum eodem casu. ἀμαθίᾳ γὰρ ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστε, τῇ αἰσχίστῃ, ὡς ὁ λόγος σου κατηγορεῖ, καὶ σὺ σεαυτοῦ. cum ignoratione habitas, ô bone, turpissimã, ut oratio te nostra convincit, & tu tete. inscitiam turpissimam intelligit, τὴν οἴησιν, quum quis putat ea se scire, quæ nescit. Nam hanc ἀμαθίαν ἐπονείδιστον vocat. Non turpe est enim, si ingenuè fatearis te nescire quod nescis. Sed si rerum præ aliis scientiam arrogas, quas æquè cum aliis ignoras, id turpissimum est, & omni dignum exprobratione. Aelianus cum quarto casu, καὶ τὸ μηνοειδὲς σελήνης κατηγορεῖ σχῆμα συνιέντι μέρος ἄλλο. Pars alia arguit intelligenti lunæ bicornem figuram. Hoc si dicitur

ut

vt κατηγορῶ σοῦ κλοπὴν accuſo te furti. Sophocl. Aiace Lorario, αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ δῆλον. ἐν γὰρ οἱ χθονὶ Πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ. quærit Chorus, quis interfecit Aiacem. Tecmeſſa reſpondet, ipſe ſe. Id quod, inquit, defixus in terra gladius arguit, cui incubuit. Virg. *Degeneres animos timor arguit.* ψυχὰς ἀγεννεῖς ὁ φόβος κατηγορεῖ.

ὡς θεσμοφορείοις ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν) nullæ ſunt tam religioſæ, quam quæ ſunt affineis huius culpæ: & tum maximè religionem ac ſanctitatem ſimulant, quum ſunt nequiſſimæ. Clodius conſtupravit uxorem Cæſaris. at quando,& vbi? inter ſacra Bonæ Deæ. θεσμοφόρεια, ſacrum Cereris & Proſerpinæ: non myſteria, quæ enuntiare nephas erat, & ij tantum ſciebant, qui erant μεμυημένοι, initiati: ſed alia hæc τελετὴ. Ariſtophanes θεσμοφοριαζούσαις, Εὔχεσθε ταῖν θεσμοφόροιν, τῇ Δημητρὶ, καὶ τῇ κόρῃ, καὶ τῷ πλούτῳ, καὶ τῇ καλλιγενείᾳ, καὶ τῇ κουροτρόφῳ γῇ. κουροτρόφος γῆ Ceres. δημήτηρ terra mater: καλλιγένεια filia eius: ἡ κόρη, φερέφαττα. his πλοῦτος aſſumitur, quòd opes omnes è terra: quam iccircò Opem nominant. Cic.2.de Nat. Deorum. θεσμοφόρος eſt legumlator, idem quod νομοθέτης. unde θεσμοθέται. ſex Athenis viri, qui legibus præfuerunt. Sed propriè θεσμὸς eſt ius gentiū, ſive naturæ, quod fas vocatur (unde θέμις & θεμιτὸν) νόμος ius civile, quę lex dicitur. Leges Dracónis θέσμοις vocabāt. erāt .n. ſacratiores. Solonis νόμους: Vlpi. quâ de cauſſâ Canonas eccleſię dixêre θεσμούς. ſed cur Ceres θεσμοφόρος? quia ſimul homines & frugeis ſerere cœpêrūt, & urbeis cōdere, ac reſpub. inſtituere, quæ legibus cōtinentur. hinc eadē autor Ceres & legū, & frugū colitur. Nam ante fruges

inventas, homines glandibus vescebantur, & victu ferino sibi vitam propagabant, ut inquit Cicero. Sed posteaquàm Triptolemus missu Cereris, per orbem terræ frugum sationem docuisset, tum congregati in unum homines, ad civilem & humanũ hunc cultum facilè traducti sunt: opida munire, leges sancire, mores & instituta servare, sanctam vitæ societatem colere cœpêrunt: denique cum victu mansueto, ipsi simul mansuescebant. Virg. lib. 8.

Gensq; virúm truncis, & duro robore nata,
Queis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes nórant, aut parcere parto,
Sed rami, atq; asper victu venatus alebat.

Et primo Georg.

Prima Ceres unco terram dimôvit aratro.
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris.
Prima dedit leges. Cereris sunt omnia munus.

Item alibi.

--- mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri.

In hoc sacro mulieres cibis abstinebant & coitu. Aristophanes ὥσπερ ἐν θεσμοφορίοισι νηστεύομεν. Iuv.

Pauca adeo Cereris vittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oscula.

Ovidius decimo metamorph:

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus nivea velantur corpora veste.
Primitias frugum, dant spicea serta, suarum:
Perque novem noctes venerem, tactusq; viriles
In vetitis numerant. --- vitem. i. salicem Amerinam ἄγνον vocant, *quoniam Matronæ in Thesmopho-*
riis

riis Athenienſium, caſtitatem cuſtodientes, iis foliis cubitus ſibi ſternunt, inquit Plinius. Salicem enim Theophraſtus ſcribit vim habere perimẽdi ſeminis, & libidinis extinguendæ. Aelianus, ὁρμῆς ἀφροδισίου κώλυμά ἐστι. hinc ille jocus apud nos, ut iis, qui ab amoribus ſuis deſeruntur, aut potiri nequeunt, quod amant, geſtandam eſſe dicamus coronam ſalignam. Eſt enim hæc arbor ſymbolum caſtitatis: ut mirum non ſit hanc fœminam, quò ſuam viro caſtitatem probaret, ad hæc ſacra frequenter adiiſſe. Odyſ. κ. Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Proceræ populi ſalicesq; fructum perdentes. ad quod Euſtathius, διότι οἱ πίνοντες τὸ κατ' αὐτὰς ἄνθος, ὀλλύουσι τὸν καρπὸν, ἤτοι ἄγονοι γίνονται, ὡς καὶ Θεόφραστος ἱστορεῖ. quia qui de flore earum bibunt, fructum amittunt, & ſteriles fiunt: qua ratione Hebræi ſobolem, fructum ventris nominant. ab ἄγονος ἁγνὸς caſtus. at ἡ ἄγνος vitex arbor, quæ & λύγος. ad cuius vim atque naturam fortaſſe Theocritus alluſit, Idyllio I.

τὺ θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν.
ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέου ἐλυγίχθης;

Tu gloriabare amorem te ligaturum. at nunc ipſe ab amore dolorifico ligatus es. λυγίζειν à λύγος, ex quo Ligo Latinum. vnde Hom. μόσχοις ἐν λύγοισι δίδη. teneris vitilibus vinciebat. Eſt igitur λυγίζειν τὸν ἔρωτα, vitæ ſanctitate eius furorem comprimere.

ᾤχετο εἰς τὸ ἱερόν) ἀπῆλθεν abiit, profecta eſt. Aeſchines. περὶ τῆς δευτέρας πρεσβείας, obeunte me iam ſecundam legationẽ ad cõmune Ampictyonũ, ἐφ' ἣν τολμᾷς με λέγειν ὡς οὐ χειροτονηθεὶς ᾠχόμην, ad quam non pudet te dicere, profectum me eſſe non deſignatum.

Plutarchus civilibus præceptis, ὡς οὖν ἔμελλον ἐπανελθὼν ἀποπρεσβεύειν, ἀναστὰς ὁ πατὴρ κατ' ἰδίαν ἐκέλευσε μὴ λέγειν ᾠχόμην, ἀλλ' ᾠχόμεθα. *Quum reversus me legatione abdicaturus eram, pater privatim monuit, ne dicerem Profectus sum, sed Proficiscebamur:* ne videretur excludere collegam, & sibi omnia asserere: οἴχεσθαι decedere é vita, ἀποιχόμενοι, κατοιχόμενοι defuncti. Aratus,

αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε
Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης.

Illic & corona illa quam Liber pater posuit, monumentum esse Ariadnæ defunctæ. οἴχομαι pereo. Sophocles *Aiace*. Θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῇδ' οἴχομαι, Deus me salvũ vult, huic pereo. i. quantum in hoc. Lucianus de *Apolline*, impigrè cõtinuò oportet adesse συνείροντα τοὺς χρησμοὺς, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὴν δόξαν, nectentem oracula, aut perire ipsi gloriam. Nectentem dixit, quia oracula ferè sunt perplexa. καὶ λοξὰ, vnde λοξίας. Sic Medicum aut semper præsto necessum est esse, & opitulari quovis morbo laborantibus, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὴν δόξαν τῆς τέχνης. Theologus aut semper paratus, & meditatus ad concionandum, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὴν δόξαν, aut actum esse de fama. Synesius περὶ φαλακρίας de capite calvo. ἐκεῖ φρένες ὅθεν οἴχονται τρίχες, ἐκεῖ τρίχες ὅθεν οἴχονται φρένες. Ibi mens, unde periêre crines, ibi crines, vnde abiit mens. intelligit tum homines incipere, cum recalvescunt sapere. οὐ γὰρ ἅμα φύουσι τὸν πώγωνα καὶ νοῦν, & beati sunt, inquit Plato, quibus provenêre in summa senectute νοῦς καὶ φρόνησις. Sophocles Electra. ὡς ἐμοῦ κόλασον προσυχὼν, φύσιν φρένας. *Aesopi* vulpes ad hircum, quum hircus se temerè demisisset in puteum, εἰ τοσαύτας, εἶπε, φρένας ἐκέκτησο, ὁπόσας ἐν τῷ πώγωνι τρίχας, οὐ

πρότερον

πρότερον ἂν κατέβης, πρὶν ἢ τὴν ἄνοδον σκέψασθαι. ſi tot, inquit, mentes poſſideres, quot in barba pilos, non prius deſcendiſſes quam aſcenſum conſideraſſes. Euripides Hec. Χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται παῖδές τε σοί, auri fructus perit cum filiis tuis. οἴχεται, qui non comparet, quo quid factum ſit, aut vbi ſit, neſcimus. Plautus Trinummo, *Ratio quidem herclè conſtat, argentum* οἴχεται. quod etiam Cicero poſuit contra Piſonem, Græcumque verbum retinuit. Idem primâ ad *Atticum* lib. 6. *Quare, quod tu vereris, induſtria tua non* οἴχεται, *ſed præclarè ponitur.* Odyſſ. α. ᾤχετ' ἄπυστος, ἄϊστος, abeſt, nec ubi ſit, quiſquam audivit, aut novit. & Telemachus mittitur νόστον πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο. Herodotus, ὁ δὲ Ἀμύντης χρήσας τουτέων οἰχώκεε. *Amyntas* quum hæc rogaſſet, à filio diſceſſerat. οἰχώκει plus quam perfectum, ſine incremento, ut οἰνωμένος: verbum Ionicum, quod apud Homerum invenies, à themate οἰχόω.

ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς πεύσεται ἔλλειψις *Attica*. deeſt enim ὁρᾶ. vide ſis, cave ſis, ne quiſquam hæc audiat. Plato Menexeno. ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον. videndũ ne mihi ſuccenſeat magiſtra Aſpaſia, ſi efferã eius orationẽ. *I*dem Gorgia, καὶ ὅπως μὴ ἁλώσῃ ἐνταῦθα αἰσχυνόμενος, & vide ne hîc crimine impudentiæ tenearis. & Hippia maiore, ἀλλ' ὅπως παρέσει καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξεις, οἵτινες ἱκανοὶ ἀκούσαντες κρῖναι τὰ λεγόμενα. vult Sophiſtã quàm plurimos adeſſe ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι. Ariſtophanes Ranis, χ' ὅπως ἐρεῖς ἐνταυθοῖ μηδὲν ψεῦδος, cave ſis mentiare. ut Cic. pro Milone. Ariſtophanes Acharnẽſibus. ἀλλ' ὅπως μὴ 'ν τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνται λίθοι,

ſed videndum, ne ſub tritis veſtibus quaſi in inſidiis collocati ſint lapides, quibus nos petant. vult enim Dicæopolis chorum excutere. Eiuſdem avibus.

--- πρὸς Διὸς τ᾽ Ὀλυμπίου
Ὅπως παρέσει μοὶ καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία
Λουσάμενα πρῷ.---

Per Iovem Olympium vide mihi ſis præſtò tu & pueri tui manè loti. Mos erat ſordidorum hominum, quum cœnam darent, ſervos etiam eius, quem invitarent, rogare, qui ſuo ſumptu miniſtrarent. quem morem Plautus notavit Caſina. Quum enim *AL.* dixiſſet. *quinetiam ſervos, ancillas domum. Certum eſt convivas mittere ad te*, reſpondet *ST. cibo cum ſuo quiqui, facito uti veniant, quaſi eant Sutrium.* hos qui ſuo cum cibo domum veniunt alienam Græci vocant οἰκοσίτους, i. οἴκοθεν σιτιζομένους. ſic igitur Græci dicerent, ὅπως ἔχοις οἰκοσίτους ἐλθεῖν. Theophraſtus Ethicis caracteribus dicit, hominis eſſe perquàm illiberalis, τοὺς διακόνους ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι, miniſtros in nuptiis conducere eos qui ſuo cibo veſcerentur: ſed ad inſtitutũ revertamur. plura enim accumulare exempla non poteſt videri ſupervacaneum. Herodotus, ἑκότερ᾽ ἂν δὴ τουτέων ἕλοισθε, ὅκως, τὸ κατ᾽ ἡμέας, ἔσται ἥ τε Ἰωνίη, καὶ ἡ Κύπρος ἐλευθέρη. Vtrum horum eligeris, facite, quantum in nobis eſt, Ionia ſit, & Cyprus libera. Xenophon Sympoſio, ἄγε νῦν, ἔφη, ὁ Σωκράτης, ὅπως μεμνήσῃ διακριθῆναι περὶ τοῦ κάλλους, ἐπειδὰν οἱ προκείμενοι λόγοι περιέλθωσι. age nunc, inquit Socrates, facito memineris decertare de forma cûm propoſiti ſermones in orbẽ redierint. Sed locus omniũ illuſtriſſimus, quod ad hãc rẽ attinet, eſt ille Demoſt. de Ementita legatione. καὶ ὅπως γε, ὦ ἄνδρες Ἀθη-

ναῖο, ἔφην. ἂν τι τούτων γένηται, τούτους ἐπαινέσεσθε, καὶ τιμήσετε, καὶ στεφανώσετε, ἐμὲ δὲ μή. καὶ μέντοι κἂν τι τἀναντίων, ὅπως τούτοις ὀργιεῖσθε, ἐγὼ δὲ ἀφίσταμαι. voſq; Athenienſes, aiebam, ſi quid horum fuerit, facite vt iſtos laudetis, &c. veruntamen ſi quid contra ac illi dicunt, evenerit, facite vt iſtis ſuccenſeatis: ego deſiſtam. tum Aeſchines. μὴ νῦν ἀφίστασο, ἀλλ' ὅπως τότε μὴ προσποιήσῃ. Ne nunc abſiſte, ſed tu facito, ne tum ſimules, tibique arroges, ſi quid proſpere evenerit. Integrum eſt illud Platonis Gorgia. ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι παρακελεύεσθε ἀλλήλοις, ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι λήσετε διαφθαρέντες. ſed monete alius alium cavere, ne ſi vltrà quàm opus eſt, ſapiatis, imprudẽtes corrũpamini. In his omnibus exemplis poſt ὅπως eſt futurum indicativi: & vix aliter reperies. quarè meritò ſuſpicari quis poterit, hìc quoque legendum πεύσεται. eſt in proximo Platonis loco, ὅπως μὴ coniunctim. nam μὴ quoque eodem modo ponitur ἐλλειπτικῶς Hom. πῇ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλών, κακὸς ὥς, ἐν ὁμίλῳ; μή τίς τοι φεύγοντι, μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ. quò fugis verſo tergo tanquàm ignavus in turba? videndum, ne quis tibi fugienti in ſcapulis haſtam defixerit, item, μή τις μοὶ Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται: cavendum, ne qui viderit Danaûm, meritò reprehendat. Plato Phædone, μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἅπτεσθαι. μὴ οὐ θέμιτον ᾖ, videndum non puro purum attingere, ne fas non ſit. μὴ ſecundo loco repetitur ad maiorem Emphaſim. Matthæi 25. ἀπεκρίθησαν αἱ φρόνιμοι λέγουσαι, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, reſponderunt prudentes, videndum ne forte non nobis ſuffecerit & vobis. Talis ἔλλειψις frequens eſt etiã

Hebræis.

Hebræis. Geneseos 31. כי אמרתי פן תגזל את בנותיך מעמי dicebam enim ne forte raperes filias meas à me. supple *videndum esse*. Sic etiam Latini loquuntur more Græcorum. Terentius Eunucho, *Si quidem biduum. verùm ne fiant isti viginti dies.* subaudi *vereor*. Cicero de finibus, *Sed ne dum huic obsequor, vobis molestus sim.* Latini in huiusmodi locutionibus vsurpant, vt, ne. Græci ὅπως, μὴ. Demosthenes vtrunque coniunxit, expresso verbo, quod desiderari solet: ἃ δέδοιχ' ὅπως μή ποθ' ἡγήσησθ', ἐπὶ πολλῷ γεγενῆσθαι. subaudi τόκῳ. quæ vereor ne aliquando putetis magno contigisse vobis fœnore. nonnulli docent, *vt* poni, quum volumus rem evenire, verbi caussâ, *vereor vt satis firmæ sint hæ nuptiæ*. Ne, quum nolumus, vt vereor ne mihi malum eveniat. quod quàm sit verum, nescio. certè non est perpetuum.

Οὐδὲν ἔσται σοὶ κύριον τῶν πρὸς ἐμὲ ὁμολογουμένων) κύριος νόμος rata lex, ὁ κείμενος, quæ manet & vim suam obtinet. ἄκυρος abrogata. ἀκυροῦν abrogare, antiquare. Aeschines contra Timarchum, ἐὰν μὲν γὰρ κολάζητε τοὺς ἀδικοῦντας, ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι, ἐὰν δὲ ἀφίητε, καλοὶ μόνον, κύριοι δὲ οὐκ ἔτι. si punire sontes velitis, erunt vobis leges pulchræ, & ratæ: sin absolvatis, pulchræ solum, non etiam ratæ. sic pacta conventa sunt κύρια aut ἄκυρα. ὁμολογεῖν pacisci: κυρίως consentire, assentiri. sed hoc verbum est etiam iurisprudentium, quo illi in suis stipulationibus vtuntur: vt in illa formula, Spondes? spondeo, qui dicit spondeo, ὁμολογεῖ. significat, inquit Budæus, spondere, id est, roganti pro

mittere

mittere. Plinius ad Vespasianum, *Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo*. i. ὁμολογοῦντός μου. Tertullianus de Corona militis; *Aut novissimè perpetiendum pro Deo, quod æquè fides pagana condixit*. i. Pagano imperatori data promisit ex pacto. hinc Cœnam condicere: nam quum aliquis me vocat ad cœnam, si dico me venturum, condico, καὶ ὁμολογῶ. Plato convivio, ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι nempe ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. ad cœnam domum Agathonis. At veteres Condicere, inquit Iustinianus, Denuntiare dixerunt. Hoc sensu condicere cœnam erit, denuntiare alicui, me cœnandi caussâ ad eum esse venturum. Ferè synonyma sunt hæc verba, & aliquid pacisci significant, ὁμολογῶ, συγχωρῶ, συμφωνῶ, συντίθεμαι: his adde συμβαίνω convenio. Thucidides lib. 4. Λάχης εἶπε, τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων, ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν, καθὰ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι, καὶ ξύμμαχοι αὐτῶν. καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν. Laches censuit, quod bonum, felix, faustumque sit Atheniensibus, facere inducias, quibus legibus concedunt Lacedæmonij socijque eorum, & pactæ sunt in concione induciæ in annum. Hæc deinde mox addit, ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις. Scholiastes ὡμολόγησαν] συνεφώνησαν. Matthæi 20. οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; non denario pactus es mecum? ὁμολογία, συνθήκη, ξύμβασις. pactio, compositio, conventio. Thucid. lib. 5. ταῦτ' οὖν ἀμφοτέροις αὐτοῖς λογιζομένοις ἐδόκει ποιητέα εἶναι ἡ ξύμβασις.

videba-

videbatur ipſis hæc reputantibus pacem eſſe faciendam. & paulò ante, *μετεμέλοντό τε, ὅτι μετὰ τὰ ἐν Πύλῳ καλῶς παρασχὸν, οὐ ξυνέβησαν.* pœnituit illos quòd pòſt res in Pylo geſtas, cum pulchrè liceret, pacem non fecerant. Ibidem *βουλόμενος εἰδέναι εἰ ἔτι μετακινητὴ εἴη ἡ ὁμολογία.* volens ſcire poſſet ne pacis pactio mutari. eodem libro de eodem fœdere. *ἐμμενῶ ταῖς ξυνθήκαις, καὶ ταῖς σπονδαῖς ταῖσδε δικαίως, καὶ ἀδόλως*, hæc pacta atque hæc fœdera ſervabo, vt ius fasque eſt, ſine dolo. Dem. contra Dionyſodorum, *λαβὼν ἀργύριον φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον, ἐν γραμματιδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ, καὶ βιβλιδίῳ πάνυ μικρῷ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε τοῦ ποιήσειν τὰ δίκαια.* acceptâ pecuniâ palam, de qua inter nos convenerat, in libello admodum parvo, duobus æribus empto, pactionem reliquit ſe iuſta facturum: quam ſæpe appellat *συγγραφήν.* & mox, iubent leges, *ὅσα ἄν τις ἑκὼν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ, ταῦτα εἶναι κύρια*, quæ quis ſuâ ſponte alter cum altero contraxerit, hæc rata eſſe habenda. *ὁμολογεῖν* Latinis eſt etiam dicere, non ſolum condicere, Ovid. 2. faſtorum.

Unus erit, quem tu tolles in ſydera cœli.
Tu mihi dixiſti: ſint rata dicta Iovis.

Σὺ μὲν εἴρηκας ἢ ὡμολόγησας. κύρια ἔστω τὰ εἰρημένα σοὶ ἢ τὰ ὡμολογημένα. Martem inducit agentem cum Iove, de ſuo Romulo in numerum Deorum recipiendo. ſed primum verſum ex Ennio ſumpſit *παρῳδήσας.* Sic enim Ennius.

Unus erit quem tu tolles in cærula cœli
Templa. Virg. lib. 8. *at tu dictis Albane maneres.*

σὺ

σὺ δ᾽ ἐνέμεινας ἂν τοῖς εἰρημένοις. Et liber 7.

Ni dare coniugium & dictis parere fatetur.

Quàm eruditè pauci intelligunt, pepegerat Latinus cum Turno Rutulorum rege fœdus, & filiam desponderat. sed fœdus illud adventu Troianorum irritum fuit. Novum igitur fœdus ineundum erat. hinc ait, Ni dictis parere fatetur. εἰ μὴ ὁμολογεῖ πείθεσθαι τοῖς εἰρημένοις. i. ni rursus paciscitur se priori fœdere staturum. Thucidides lib. 5. Iussêre Clearidam Amphipolin tradere Atheniensibus καὶ τοὺς ἄλλους τὰς σπονδὰς, ὡς εἴρητο ἑκάστοις, δέχεσθαι. Et alios fœdera, pro vt dictum erat singulis, accipere. scholiastes συνεφωνήθη. paullo post, εἴρητο δ᾽ ὅτι, ἢν μὴ θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμα ᾖ. dictum autem fuisse in fœdere (hoc esse servandum) nisi quid à Diis Heroibusve obiiceretur impedimenti. Idem, Lacedæmonij suspecti erant Atheniensibus, ἔστιν ἐν οἷς οὐ ποιοῦντες ἐκ τῶν ξυγκειμένων ἃ εἴρητο, in quibusdam non facientes, quæ ex pactis dicta erant. Nonnius Marcellus, *Dicere est constituere*. Sic enim legendum arbitror, non dicare. Terentius, *hic nuptiis dictus est dies*, id est constitutus.

Ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ) In ipso furto, vel vt Cicero loquitur de Aruspicum responsis, ipso in facto. Gellius lib. 1. cap. 18. *Varro in primore libro scripsit furem ex eo dictum, quod veteres Romani furvum, atrum appellaverint, & fures per noctem, quæ atra sit, facilius furentur.* sed Gellius ipse multò rectius. *nam quod à Græcis*, inquit, *nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lingua φὼρ est dictum. Hinc per affinitatem literarum, qui φὼρ Græce est, Latinè*

fur

fur. Aelianus, εἶτα ἑσπέρας ὁ φὼρ ἐπιφοιτᾷ, nempe piscis polypus: quem antè λῃστὴν dixerat. adulterium quoque furtum dicitur, vt furta Iovis in fabulis, & furtiva Venus, ex quo Phocylidis verbum γαμοκλοπέειν. Proverbiorum. 9, aquæ furtivæ dulces, & panes abſconditi iucundiores, מים גנובים. nam quod dicit capite quinto, *bibe aquas de ciſterna tua*, allegoria eſt de vxore propria. φωρᾶν furem deprehendere. Sophocles, τὰ πλεῖστα φωρῶν αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν. Plurima facta mortalium ſi teneas, turpia tenebis. Plautus, *manifeſtò miſer teneor.* φωρῶμαι ἐγὼ ἄθλιος. Item, *Manifeſtò teneo in noxa inimicos meos*: εἷλον ἐπ' αὐτοφώρῳ τοὺς ἐχθροὺς μου. Idem Bacchid. *manifeſto teneor mendacij*. Et illud eiuſdem. *Nam ni illic hodie forte fortunâ hic foret, Miles Mneſilochum cum vxore opprimeret ſua, Atque obtruncaret mœchum manifeſtarium.* qualis eſt noſter Eratoſthenes. Cicero in Verrem, *Neque ſolum argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebitur.* Idem de eodem Verre, *In rebus tum maximis, tum manifeſtiſſimis tenetur.* & Frumentaria. *Teneo, teneo, inquam, in medijs vectigalibus Pop. Ro. in ipſis fructibus provinciæ Siciliæ, manifeſtè avertentem rem frumentariam omnem, teneo, inquam, ita vt negare non poſſit.* tertio officiorum, *Sed aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias. Leges quatenus tenere manu poſſunt: Philoſophi quatenus ratione & intelligentia.* ἐπ' αὐτοφώρῳ iureconſulti vocant, *flagrante in crimine*: Virgilius, *medio in crimine*, vt Cicero in medijs veſtigalibus, lib. 7.

Turnus

Turnus adest, medioq́; in crimine, cædis & ignis
Terrorem ingeminat. Iohannis 8. ταύτην εὕρομεν ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένην. ὑφ' ἓν, nō vt hic, ſeiuncta prepoſitione. Interdum φωρᾶν eſt compertum habere. Aelianus, φυλάττειν ἀγαθοὶ χηνῶν κυνὲς ἀχρειότεροι. καὶ τοῦτο κατεφώρασαν Ῥωμαῖοι. Sunt ergo canes inutiliores ad cuſtodiendum anſeribus. idque compertum habuêre Romani: quia anſeres aliquando ſervabant Capitolium.

Οὐδὲν δέομαι λόγων) quod etiam dicunt οὐδὲν δεῖ μοι λόγων. hoc non inſcitè dici poteſt in quoddam hominum genus, qui verbis perquàm benigni ſunt, montéſque aureos pollicentur, ſed re nihil præſtant. Syneſius de navibus, αἷς οὐδὲν ἔδει λιβύης τῆς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἕτερον πλοῦν ἔπλεον. & paullo pòſt, cùm gubernator curſum mutaſſet, ἡμῖν δὲ οὐδὲ ταφοσίειδος ἔδει. ζῆν γὰρ ἔδει, νῦν δὲ τοῦ πελάγους τὶ δεῖ, ſic poſſumus dicere, ἡμεῖς οὐδὲν δεόμεθα λωνδίνου, ſi quis in via nobis dicat, aliò cogitantibus, hâc iter eſt Londinum. δέομαι oro, obſecro cum genitivo perſonæ. Herodotus, ἐγὼ σεῦ χρήζω μηδὲν νεοχμῶσαι πρὸς τοὺς ἄνδρας, quod alii dicunt σοῦ δέομαι μηδὲν νεωτερίζειν. vtrunque verbum propriè declarat Egeo, quia non petimus, niſi quibus egemus. nec poſſumus a Deo petere ex animo, niſi quæ nobis deeſſe ſentimus, id eſt ὧν δεόμεθα. Homerus πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι, omneis Deo egent homines.

Πρῶτον δὲ διηγήσασθαι βούλομαι) Hermogenes, εἰσὶν δὲ ἔν-

νοῖαι μὲν εὐκρινεῖς, αἱ καταστατικαὶ πᾶσαι, καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγουσι τὸν λόγον: vt Demosthenes pro Corona, ἔστι δ' ἀναγκαῖον ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. ciusmodi præparationẽ vocant κατάστασιν, quæ & orationem perspicuam, & auditores facit attentos, quam semper ἀπόστασις ferè sequitur, oratio nulla convinctione connexa cum antecedentibus. εἰς ἀρχὴν γὰρ ἀνάγει τὸν λόγον, & novũ capit principiũ, vt hic, Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος. hoc autem schemate ordiendumest narrationes: idque à verbo ὑπαρκτικῷ indicativi, quod facit apud Hermogenem καθαρότητα, puram orationem & liquidam. Sic Demosthenes narrat contra Midiam, Σαννίων ἐστὶ δήπου τις, ὁ τοὺς τραγικοὺς χόρους διδάσκων: & Cicero pro Cluentio, *A. Cluentius Avitus fuit, pater huiusce, iudices, homo non solum &c. is cùm esset mortuus &c.* Quintilianus semper habet, non *Avitus* sed *Habitus*. mendi indoles omnibus apparet. tale est & illud eâdem oratione *Larinas quadam fuit Dinea, socrus Oppianici*. Prima actione in Verrem. *Est in Hellesponto Lampsacum, opidum totius Asiæ prouinciæ clarum ac nobile.* Sic etiàm poetæ narrant. Hom.

Ἐστὶ πόλις ἐφυρὴ μύχῳ ἄργεος ἱπποβότοιο. &

Ἦν δὲ τις ἐν τρώεσσι Δάρης, ἄφνειος, ἀμύμων.

Virgil. *Vrbs antiqua fuit.*

Est in conspectu Tenedos notissima fama.

Insula.

Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt.

Et liber 7.

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis.

Nobilis

Nobilis, & famâ multis memoratus in oris
--- Amsancti valles.

Ovidius,

Fons erat illimis nitidis argenteus vndis.
Regia solis erat sublimibus alta columnis.

Sic & Hebræi narrant. *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* Et Iud. 17. *quidam fuit in monte Ephraim cui nomen Micha.* Sed hoc loco obseruandum quod Fabius docet. *Ego*, inquit, *magnos alioqui secutus auctores, duas esse in iudicijs narrationum species existimo: alteram ipsius causse: alteram rerum ad caussam pertinentium expositionem.* qualis est hæc nunc de Sostrato, & de cœna. Et pro Cluentio præter illam primam, & principem, multæ sunt narrationes rerum ad caussam pertinentium, quas παραδιηγήσεις vocant.

Οὐδὲν ἂν καταλήψοιτο οἴκοι τῶν ἐπιτηδείων] τὰ ἐπιτήδεια, omnia ad victum & cultum necessaria. Xenophon. i. παιδείας, boni imperaroris est ἅμα καὶ τὰ ἐπιτήδεια μάλιστα ἔχοντας τοὺς στρατιώτας ἀποδεῖξειν, καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντας παρασκευάσειν. Isocrates παναθηναϊκῷ, οἱ ἐνδεεῖς ἡμῶν ὄντες τῶν ἐπιτηδείων. Herodotus, πάντα τὰ ἐπιτήδεα παρέξω τοῖσι ξείνοισι. at ὁ ἐπιτήδειος familiaris, necessarius. vt paullo antè ἐπιτήδειος ἦν μοὶ Σώστρατος. Isocrates παναθηναϊκῷ. ἀπαντήσαντες γὰρ μοί τινες τῶν ἐπιτηδείων ἔλεγον, obuiam mihi facti quidam necessarii dixèrunt.

Ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον) Eustathius, φασὶ δὲ καὶ ὅτι τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων ᾠὰ καλοῦσιν οἱ λακεδαιμόνιοι, ὅθεν ὑπερῷον τὸ οἷον εἰπεῖν ὑπερύψηλον. Odysseæ.

Οὐ μὲν γάρ τι θαμὰ μνηστῆρσ' ἐνὶ οἴκῳ
Φαίνεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑπερωΐῳ ἱστὸν ὑφαίνει.

Non frequenter à procis in domo conſpicitur, ſed procul ab his in cœnaculo telam texit. & lib. 1.

Εἰς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶ
Κλαῖεν ἔπειτ' Ὀδυσῆα φίλον πόσιν.

Liuius lib. 39. *Conſul rogat ſocrum, vt aliquam partem ædium vacuam faceret, quo Hiſpala immigraret. Cœnaculum ſuper ædes datum eſt, ſcalis ferentibus in publicum obſeratis, aditu in ædes verſo.* mos erat veteribus cœnare ἐν ὑπερῴῳ, quod propterea Latini dixêre cœnaculum. Itaque Chriſtus ἐν ὑπερῴῳ cœnam habuit vltimam. quod Marcus & Luca vocant ἀνώγεον. ſed hoc idem. Heſychius ὑπερῷον ἀνώγαιον, οἴκημα, ex quo factum eſt ἀνώγεων: vt γαιήοχος γεάοχος Pindaro. & μετέωρος ἀπὸ τοῦ αἰωρεῖν pendêre. Antiphon veneficii contra novercam, ὑπερῷόν τι ἦν τῆς ἡμετέρας οἰκίας, ὃ εἶχε Φιλόνεως, ὁπότ' ἐν ἄστει διατρίβοι. at ὑπερῴη palatum, οὐρανίσκος. Hom. χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε, labra madefêcit, palatum non madefecit. cænaculum quoque Hebræi vocant ab aſcenſu. Ieremiæ 22. ᾠκοδόμησας σεαυτῷ οἶκον σύμμετρον, ὑπερῷα ῥιπιστὰ, διεσταλμένα θυρίσιν. ædificaſti tibi domum amplam, cœnacula perflabilia, diſtincta feneſtris. Heb. עליות מרווחים

Ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχε) id eſt, poſtquam epulis exempta fames. is enim finis edendi: & iis ἐν τῷ φαγεῖν καλῶς ἔχει, qui tantum comedunt, ὥστε μήτε ἐνδεεῖς εἶναι, μήτε ὑπερπλησθῆναι. Cicero de ſeneƈt. *tantum cibi & potionis adhibendum eſt, vt vires reficiantur non opprimantur.* Herodotus, καὶ καλῶς ἔχοντας

ὑμέας

θυμβας ὁρέω μέθης, & bene appotos vos video. Eustathius ad illud Homeri, *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο* sic scribit, *ἀνοίκειον ἐλευθέροις μέχρι κόρου ἐσθίειν, καὶ δουλοπρεπές*, non est liberorum hominum cibis ac potionibus se ingurgitare atque infarcire, sed servulorum. & *σέμνοις προσώποις* apud poetam finis sedendi est, *ἕως οὐκέτι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.* Cicero 2. de finibus, *veniebat ad cœnam vt animo quieto satiaret desideria naturæ.*

Ὁ δ' ἐρατοσθένης εἰσέρχεται) hinc iam sequitur evidens narratio. inter evidentem autem & dilucidam expositionem multum interest. omnis expositio debet esse dilucida, aut magnum vitium est: sed non omnis potest esse evidens, neque opus est vt sit. Quintilianus evidentem vocat narrationem .i. ἐναργῆ non σαφῆ, quæ rem gestam ante oculos ponit: quæ est illustris, habetque ὑποτύπωσιν: atque vt Aristoteles loquitur 3. Rhetorices, πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ. vt hîc quis non propè oculis cernit ancillam Eratosthenis adventu, excitantem de somno herum: ipsam ad fores assidentem: Euphiletum festinantem trepidantem, huc illuc cursitantem: implorantem opem vicinorum, anhelantem: Lychnos è caupona arripientem, fores effringentẽ, atq; irrumpentẽ in cubiculũ, cum ijs, quos cõvocaverat. Fabius, *Evidentia in narratione quæ ἐνάργεια Græcè vocatur, quantum ego intelligo, est quidem magna virtus, quum quid veri non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est. sed subijci perspicuitati potest.* Cic. in Topicis narrationẽ præter quam planam, & brevem, & credibilem, vult

esse evidentem, & moratam cum dignitate: quæ difficilis est coniunctio. nam hæc narratio morata est διὰ τὴν ἀφέλειαν. sed dignitatem non habet, id est τὴν σεμνότητα. omninoque arduum est efficere, vt eadem oratio sit ἀφελής τε καὶ σεμνός. ἀφελεῖς ἔννοιαι, sunt, inquit Hermogenes, αἳ καὶ παίδων γένοιντο ἂν νηπίων, καὶ ἀνδρῶν ἐγγὺς ἡκόντων, φρενῶν γε ἕνεκα, τοῦ νηπίου, καὶ γυναίων, καὶ γεωργῶν ἀγροίκων, καὶ ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἀφελῶν καὶ ἀκάκων ἀνθρώπων. simplices sententiæ sunt, quæ puerorum possunt esse infantium, & virorum, qui non procul absunt, mentis quidem sagacitate, à pueris: & muliercularum, ac rusticorum: denique vt verè dicam, simplicium, & minimè malorum hominum: vt illud apud Xenophontem Cyri pueri. ὡς καλός μοι ὁ πάππος, ὦ μῆτερ. tota inquam hæc narratio est ἀφελής. nam ita caussam suam Euphiletus exponit, vt homo simplex & minimè malus, qui nihil vnquam de vxore sua suspicatus est mali.

Ἐπιμελεῖσθαι τῆς θύρας) Iam bona hæc ancilla, quam hera sibi fidelem putaverat, heram prodit ac deserit, & facta est heri tota, metu pistrini scilicet. sic autem agunt herus atque ancilla, tam trepidè & festinanter, ac si venatores feram captarent, & saltum indagine cingerent. σὺ δὲ τῆς θύρας πρόσεχε, tu ostium serva, ne elabatur: ego ibo foras, vt testes adducam.

[illegible] vespis.

Καὶ τοὺς μὲν ἔνδον κατέλαβον, τοὺς δ' οὐκ ἐπιδημοῦντας εὗρον) quid verisimile est hunc hominem dixisse, cum suos vicinos de media nocte excitaret?

citaret? Adeſte, quæſo, amici, & populares: properate. Ego oſtendam vobis, quod nunquam fieri vidiſtis. adeſte obſecro: veſtram fidem atque auxilium imploro: ſequimini me. Idem ſunt κατέλαβον καὶ εὗρον. nam hic καταλαμβάνειν occupare, offendere. Sed non eſt idem ἔνδον εἶναι, quod ἐπιδημεῖν. Illud enim eſt domi eſſe, hoc in ſua ciuitate vel patria. Dem. contra Dionyſodorum, ἔπεμπον γράμματα οἱ ἐπιδημοῦντες τοῖς ἀποδημοῦσιν. Athenæus lib. 12. πρῶτον δὲ Συβαρῖται, καὶ τὰς πυρούσας ψόφον τέχνας οὐκ ἐῶσιν ἐπιδημεῖν τῇ πόλει: vt fabros & architectos. Idem de eiſdem, καταγελῶντες δὲ τῶν ἀποδημούντων τῆς πατρίδος, αὐτοὶ ἐσεμνύνοντο ἐπὶ τῷ γεγηρακέναι ἐπὶ ταῖς τῶν ποταμῶν γεφύραις. deridentes eos qui peregrinandi cauſâ patriæ finibus excederent, ipſi in eo gloriabantur, quod conſenuerant in fluuiorum pontibus. Plutarchus Catone, ἀπεδήμησε δὲ οὐδέποτε βουλῆς γινομένης, nunquam abfuit è ciuitate, cùm eſſet Senatus. Erat enim vt omnium, ſic huius officij diligens. nec in Senatum cogendus erat pignoribus ablatis.

Ἐκ τοῦ ἐγγυτάτω καπηλείου) quæ nomina ſic finiuntur, locum denotant: vt πόρνειον lupanar, διδασκαλεῖον ludus, ἡράκλειον fanum Herculis, θήσειον, fanum Theſei, Διοσκούρειον ædes Caſtoris, μουσεῖον muſæum, muſarum quaſi ſacellum. Aeſchines contra Timarchum, καὶ περὶ παιδαγωγῶν ἐπιμελείας, καὶ περὶ μουσείων ἐν τοῖς διδασκαλείοις. Vnde apparet fuiſſe in ſingulis ludis plura muſæa. κάπηλος παρὰ τὸ καπύειν τὸν πηλὸν. i. οἶνον. nam hic propriè caupo. Scholia-

stes Aristophanis auctor. vnde ἄμπελος vitis: & πελιδνὸς lividus, qualis est color vuarum. idem προπώλης, προπράτης, μεταβολεὺς, regratier, qui emit, quod statim vendat minutim. Cui contrarius ἔμπορος Grosier. Cic. in Pisonem *Panis & vinum à propola & de cupa.* quod bonus Lambinus fecit propala: secutus, vt ipse ait Adrianum Turnebum: atque in eundem traxit errorem Adrianum Iunium: vt sit qui res propalam & palo suspensas vendit. Sed qui sic emendat, palo dignus & vera cruce. Cupam dicit, quam *Virgilius* copam. *Copa Syrisca.* hinc fortasse nos dicimus *to cope*, Res permutare, sumtum a cauponibus. Scaliger ad Varronem, vt πίθηκος πίθων Simia, κάνθηλος κάνθων asinus: sic κάπηλος κάπων, inde caupo cupo, vt Claudius Cludius. hinc Cupediæ omnia lautiora esculenta venalia. Et forum Cupedinis Varroni, & cupiditas, & Cupidus, vt sit propriè λιχνὸς. Quod Ennius Cauponari bellũ. Aesculus καπηλεύειν μάχην dixit. Scholiast. Aristoph. Pluto. πέντε δὲ εἰσὶν αἱ διαφοραὶ τῶν πωλούντων. αὐτοπώλης, κάπηλος, ἔμπορος, παλιγκάπηλος, μεταβολεύς. καὶ ἔστιν αὐτοπώλης μὲν ὁ ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ πωλῶν τὴν ἑαυτοῦ πρόσοδον. κάπηλος δὲ ὁ ἀγοράζων ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, καὶ πωλῶν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐν ᾗ ἠγόρασεν. ἔμπορος, ὁ ἀγοράζων καὶ ἐπὶ ξένοις πωλῶν, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου, ἢ ἀπὸ τοῦ καπήλου. παλιγκάπηλος ὁ ἀπὸ τοῦ ἐμπόρου ἀγοράζων, καὶ πωλῶν. μεταβολεὺς, ὁ κατὰ τὴν κοτύλην πωλῶν. (hij sunt vinarij maximè. nam κοτύλη mensura liquidorum apud Atticos, duo Sextarii) καταχρηστικῶς δὲ πᾶς πωλῶν κάπηλος λέγεται. hæc Scholia.

apud

apud Homerum ἔμπορος navis est inquilinus, qui in aliena navi vehitur. cui ὁ ναύκληρος opponitur, is cuius est navis. Odyss. ξ.

Εἰμὶ μὲν (οὐδ' ἁλίη ὁδὸς ἔσσεται, ἣν ἀγορεύω)
Ἔμπορος, οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος, οὐδ' ἐρετάων
Γίγνομαι.

Eo quidem (nec iter irritum erit, quod dico) vector. non enim navigii sum compos, nec remigum. νηὸς ἐπήβολος est ὁ ναύκληρος. Scholiastes, ἔμπορον ὁ ποιητὴς τὸν ἀλλοτρίας νεὼς ἐπιβαίνοντα λέγει, τὸν παρὰ τοῖς ὕστερον ἐπιβάτην, vectorem. nam apud recentiores ἔμπορος, inquit, est πραγματευτὴς, negotiator, καὶ μάλιστα ὁ διὰ θαλάσσης περῶν, qui mare traijcit. Sed Attici, inquit, navales operas, quos socios navales Livius appellat, ἐπιβάτας vocant, τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι καταπλέοντας: ἐπιβάτας autem milites, qui pugnant. apud Sophoclem Oed. Col. ἔμπορος est viator, qui iter terrâ facit.

Τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ.

Athenas scio: locum vbi insistimus, nescio. Respondet Oed. πᾶς γὰρ τὶς ηὔδα τοῦτον ἡμὶν ἐμπόρων. quilibet hũc nobis indicavit viatorũ. scholiastes ὁδοιπόρων.

Εἴδομεν κατακείμενον παρὰ τῇ γυναικὶ) hoc dicendum fuit in primis. hinc enim oritur status quæstionis, καὶ τὸ κρινόμενον: nam si fuit adulter Eratosthenes, & cum vxore Euphileti comprehensus, licuit illum impunè occidere per leges. si non fuit, non licuit. Sed nostris legibus hoc nõ est satis ad probandũ deprehensos fuisse adulteros ἐπ' αὐτοφώρῳ, si vno in lecto fuerint deprehensi. Posse enim συγχρωτίζεσθαι, lateri conseruisse latus, ὥσπερ μηδὲν ἄτοπον ποιεῖν

 sed

ſed νέον ἄνδρα σφριγῶντα vno in lecto fuiſſe cum vxore alienâ, alienæ domi, aut ſatis eſt ad flagitium manu tenendũ, aut neſcio quid ſit ſatis.

Πατάξας καταβάλλω) vno ictu proſterno. καταβάβαλλειν abijcere proſternere. Xenophon. i. παιδείας de Cyro, ἀκοντίσας καταβάλλει τὴν ἔλαφον, καλὸν τὶ χρῆμα, καὶ μέγα. noſtri quoque venatores cervum cadere dicunt, quo loco occiditur. Idem, ἔνθεν, καὶ ἔνθεν ἠκόντιζον, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατέβαλλον. hinc, inde iaculabantur, & multos hoſtium proſternebant. eâdem ratione, qui in acie vitam amittunt, cadere dicuntur. Et libro 3. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κῦρος δρόμῳ ἡγεῖτο, καὶ ἅμα ἐφθέγγετο, τίς ἕψεται, τίς ἀγαθὸς, τίς πρῶτος ἄνδρα καταβαλεῖ; Iſocrates πρὸς Νικοκλέα. τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποίει μὲν, ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν. ἡγοῦ δὲ τοῦτό εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον, καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. μᾶλλον γὰρ ἔλπις τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας πράξειν τὶ παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθὸν. facito quidem omnia, quæ pertinent ad Deos, vt maiores tradidêrunt. ſed exiſtimato hoc ſacrificium eſſe pulcherrimum, & cultum maximum, ſi quàm optimum & iuſtiſſimum teipſum præbeas. magis enim ſperandum eſt tales impetraturos aliquid à dis boni, quàm qui multas mactant victimas. nonne hoc idem eſt quod Paulus iubet? Exhibete corpora veſtra viuum ſacrificiũ. Galen. 1. de ratione curandi, ἡ τρυφὴ, καὶ πολὺς οἶνος καταβάλλει τὴν ζωτικὴν δύναμιν, deliciæ & vinum multum naturæ vires proſternit, id eſt, necat. Sed eſt etiam καταβάλλω pecuniam repræſento, numero. pro quo etiam dicimus ἐκτίνω, κατατίθημι.

Chry-

Chryſoſtomus, φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς τὸ χρέος καταβάλωμεν. Pridie enim promiſerat concionem, poſtridiè exolvit quod promiſerat. Demoſt. contra Timocratem, τῶν γὰρ χρημάτων ἐκείνοις τοῖς χρόνοις δραχμὴν οὐ κατέθηκεν ὑμῖν. hinc προκατάβλημα quod ante diem ſolvitur. καταβολὴ penſio. Dem. Philip. 2. ὥσπερ περίοδος, καὶ καταβολὴ πυρετοῦ, tanquam acceſſio febris, quam medici παροξυσμὸν vocant. quod nos in febri dicimus, *one fitte*: illi dicunt ἀστειότερον, *one payment*. Nam ut qui pecuniam debent, certos habent dies conſtitutos, κυρίας ἡμέρας καὶ προθεσμίας, quos diligenter ſervare oportet, ſi ſuam volunt fidem ſervare: ſic & febris ſuos habet ſtatos dies, & certos per intervalla reditus, quos obſervat accuratiſſimé, & omnia, quæ debet, magna cum fide exolvit: ſed poſt tertiam aut quartam καταβολὴν, id eſt, penſionem, quantum adhuc debet, non eſt iuriſconſulti dicere, ſed medici. καταβολὴ, ἡ σπορὰ ſemen. unde σπέρμα καταβάλλειν ſemen iacere. & εἰς καταβολὴν σπέρματος, Heb. 11. ſed τὸν θεμέλιον καταβάλλεσθαι melius dicitur: unde ἡ καταβολὴ τοῦ κόσμου.

ἀντιβόλει γ' καὶ ἱκέτευε) ἀντιβολεῖν obviam ire, & orare: quod iis, quorum ope egemus, ultrò obviam imus, ad eoſque accedimus. vnde & ἱκετεύειν ab ἱκέσθαι. quin & ipſum ἱκνεῖσθαι poſitum ἀντὶ τοῦ ἱκετεύειν ſæpenumero reperias. Euripides Oreſte, φιλεῖν δάμαρτα πᾶσιν Ἕλλησι δοκεῖς. Ταύτης ἱκνοῦμαί σε. Eſt opinio omnium Græcorum, te coniugem amare. per hanc ego te obteſtor. mox ſequitur, ὑπὲρ γὰρ οἴκου παντὸς ἱκετεύω τάδε. Ariſtophanes, εἴπ' ἀντιβολῶ τί ἐστι. dic quæſo quid eſt. Chryſoſtomus ad populum Antiochenum,

num, μὴ, δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ, μὴ οὕτω καταφρονῆσαι τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Idem ἄντομαι, verbum poeticum. Euripides Medêa, ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος, γονάτων τε σῶν: ἱκεσία δὲ γίγνομαι, οἴκτειρον, οἴκτειρόν με τὴν δυσδαίμονα. obſecro te per hanc barbam & tua genua, &c. & ἀντιάζω. Sophocles Aiace,

καί σ᾽ ἀντιάζω πρός τ᾽ ἐφεστίου Διὸς,
εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοὶ,

Obſecro te per Iovem, & torum tuum, quo conciliatus es mihi. ἀντιβολεῖν eſt ἀπαντᾶν apud Homerum cum dativo. *Odyſſ.* λ. ἤδη μὲν πολλῶν ἀνδρῶν φόνῳ ἀντεβόλησα, iam quidem multorum virorum cædibus occurri, vel præſtò fui. Apollonius,

τάχα δ᾽ ἐγγύθεν ἀντεβόλησαν

Ἀλλήλοις. --- *Item* ἐπιτυγχάνειν cum genitivo. Pindarus, οὐκ ἀντεβόλησε τῶν ἀνὴρ θνατὸς οὔπω τις πρότερον, nondum hæc mortalis quiſquam conſequutus eſt antè, τῶν pro τούτων.

Ἀλλ᾽ ἀργύριον πράξασθαι) pecuniam exigere, ἐκλέγειν, quod eſt τῶν τελωνῶν publicanorum. cum duobus interdum accuſativis. Demoſt. πρὸς Λεπτίνην. ἐκεῖνος πράττεται τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας τὴν τριακοστήν, ab illis exigit, qui ab ipſo frumentum exportant, triceſimam. Cicero prima actione in Verrem, *Non erat hoc genus frumenti ex eo genere, quod exigeretur, ſed ex eo quod emeretur.* Ariſtophanes Ranis, κᾆτ᾽ ἐπειδὴ τἀργύριον ἐπραττόμην, Ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ, poſteaquàm argentum exigebam, intuebatur me acriter. Sed de publicanis πράττειν potius dicitur. Non enim ſibi exigunt, ſed populo. Luc. 4. Iohannes reſpondet τοῖς τελώναις, qui ad eum Baptiſmi

tiſmi

tiſmi cauſſâ veniebant, μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε, nihil præter id, quod conſtitutum eſt vobis, exigite: male vulgaris interpres (*agite*) quod primus obſervavit Eraſmus. Demoſt. κατὰ Διονυσοδώρου, τὴν δὲ πρᾶξιν εἶναι καὶ ἐξ ἑνὸς, καὶ ἐξ ἀμφοῖν, exactionem autem eſſe vel ab uno, vel ab utriſque. i. convenerat vti liceret, vel alterum, vel utrumque appellare, & convenire pro arbitrio creditoris. Sed ſtultus erat Eratoſthenes, qui putavit tantam iniuriam pecuniâ redimi poſſe. Proverbiorum 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vltionis, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemtione dona plurima.* Itaque, *adulter propter cordis inopiam, perdit animam ſuam: turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur.*

Ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν) Aeſchines contra Timarchum, νόμον ἔθηκε περὶ τῶν μειρακίων, τῶν προχείρως εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἐξαμαρτανόντων, Legem ſanxit Solon de adoleſcentibus, qui facilè peccant in ſua corpora. Paulus 1. ad Corinth. cap. 6. Ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

Οἱ νόμοις πείθεσθαι καὶ εἶναι κόσμιοι) qui legibus & magiſtratibus parent, hij ſunt κόσμιοι. vt refractarij omnes ἄκοσμοι καὶ ἄτακτοι: qualis eſt ille Therſites apud *Homerum*;

Ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη,
Μάψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, ἐριζέμεναι βασιλεῦσι. Iliad. β.

Qui

Qui verba animo ſuo noverat multa & turbulenta, incaſſum, non ut decuit, contendere cum regibus. Eſt igitur κόσμιος modeſtus, qui modum rerum omnium dictis factiſque conſervat: quoniam in tali moderatione κόσμος, id eſt, vitæ quidam ornatus ineſt. κοσμιότης modeſtia & εὐκοσμία. Aeſchines contra Timarchum. νόμοι, φησὶ, περὶ εὐκοσμίας. hoc erat caput legum. Deinde addit orator, ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο, ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. Idem eſt igitur εὐκοσμία καὶ σωφροσύνη. Plato Alcibiade primo, εἰ δ᾽ ἐθέλεις εἰς σωφροσύνην καὶ κοσμιότητα ἀποβλέψαι. tanta autem fuit Athenis, inquit Aeſchines, Rhetorum antiquorum modeſtia, vt quod nunc ex more facimus, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντες λέγειν, τότε τοῦτο θρασύ τι ἐδόκει εἶναι. ſed ad hoc Demoſthenes ſcitè reſpondet. Non oportet, inquit Aeſchine, λέγειν ἔσω ἔχοντα τὴν χεῖρα, ἀλλὰ πρεσβεύειν. quo ſignificabat manum legato continendam eſſe á donis & muneribus. Aeſchines autem ἐπὶ τῷ δωροδοκεῖν male audiebat. Plato Politico de rebuſpub. ἀκολάστων μὲν πασῶν οὐσῶν, ἐν δημοκρατίᾳ νικᾷ ζῆν. κοσμίων δὲ οὐσῶν, ἥκιστα ἐν ταύτῃ βιωτέον, hic opponi vides ἀκολάστους πολιτείας, καὶ κοσμίους. Thucidides lib. 4. βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κόσμον, καὶ ἐς δημοκρατίαν τρέψαι. quum vellent mutare formam reipub. atque in populi dominationem convertére. eſt igitur δημοκρατία μία τῶν ἀκόσμων πολιτειῶν: ſed earum optima. ſi igitur in incompoſito ſtatu vivendum eſt, inquit Plato, longè optimum eſt in illa repub. vivere, ἐν δημοκρατίᾳ νικᾷ ζῆν. hoc eſt, quód dicit Ariſtoteles, popularem ſtatum eſſe, ut in malis optimum, ut in bonis

bonis peſſimum. Iſocrates ad Nicoclem, μὴ τοὺς μὲν ἄλλους ἀξίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως· ἀλλὰ τὴν σεαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη. ſed locus omnium inſigniſſimus eſt apud Platonem Gorgia. quem, quia verbi naturam, de qua agimus, graphicè pingit, non pigebit aſcribere. τάξει ἄρα τεταγμένον καὶ κεκοσμημένον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἑκάστου. Φαίην ἂν ἔγωγε. Κόσμος τις ἄρα ἐγγενόμενος ἐν ἑκάστῳ ὁ ἑκάστου οἰκεῖος, ἀγαθὸν παρέχει ἕκαστον τῶν ὄντων. Ἐμοί γε δοκεῖ. Καὶ ψυχὴ ἄρα κόσμον ἔχουσα τὸν ἑαυτῆς, ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου. Ναί. Ἀλλὰ μὴν ἥ γε κόσμον ἔχουσα, κοσμία. Πῶς γὰρ οὐ μέλλει; Ἡ δέ γε κοσμία σώφρων. Πολλὴ ἀνάγκη. Ἡ ἄρα σώφρων ψυχὴ ἀγαθόν. hoc illud eſt, *Compoſitum ius faſque animi*, de quo Perſius, τὸ κεκοσμημένον τῆς ψυχῆς δίκαιον, καὶ θεμιτόν. vides κόσμον eſſe τάξιν. eſt igitur εὐκοσμία εὐταξία τις. Similis eſt ille Plutarchi locus γαμικοῖς παραγγ. κόσμος γάρ ἐστιν (ὡς ἔλεγε Κράτης) τὸ κοσμοῦν, κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν, ποιεῖ δὲ ταύτην οὐ χρυσὸς, οὐδὲ σμάραγδος, ἀλλ᾽ ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησιν. Prudenter ergò Lyſander Lacedemonius repudiavit illa ornamenta, quæ Dionyſius Tyrannus ſuis filiabus miſerat: quia regium cultum ſuis puellis non convenire arbitrabatur. Prima ad Timotheum cap. 2. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς. Sophocles, γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Plutarchus in Bruto, καὶ παρεσκευασμένοι θορυβεῖν διέρρεσαν. καὶ τὸ μέλλον ἐδέχοντο κόσμῳ καὶ σιωπῇ, parati, qui obſtreperent, pavore perculſi diffugérunt, & quid fieret, expectabant modeſtiâ & ſilentio. paullò pòſt, ἦν οὖν ἰδεῖν οὐδὲν ἔτι σὺν κόσμῳ γινόμενον. videre erat nihil ordine iam

fieri:

fieri: Pindarus, τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, hæc igitur non possunt stulti ferre moderatè: οἱ δ' ἀγαθοὶ, ἔξω τρέψαντες τὰ καλὰ, sed boni possunt, extrorsum speciosa vertentes. Tacitus Annalium 4. *Variis dehinc, & sæpe irritis Prætorum questibus, postremo Cæsar de immodestia Histrionum retulit.* τέλος ὁ Καῖσαρ περὶ τῆς ἀκοσμίας τῶν ὑποκριτῶν, ἢ τῶν περὶ Διόνυσον τεχνιτῶν προεθυτίθετο γνώμην. ut apud Aeschinem, Solon leges tulit περὶ τῆς ῥητόρων εὐκοσμίας. Epist. 1. ad Atticum lib 6. *Domus mehercule nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quàm nostra tota provincia.* Præclarè; & ut decuit virum philosophum, si quidem id effecit, quod prædicat. Is enim debet esse in quaque repub. κόσμος, qui in mundo, rerumque vniversitate. Hinc magistratus, & imperatores poetæ sunt κοσμήτορας.

ὅπως ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν) ἐπιφωνηματικὴ conclusio narrationis. atque hic exitus est boni istius adolescentis.

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα. κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.
ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς, εἷλεν Ἄρηα
ὠκύτατόν περ ἐόντα. ---

Non succedunt mala facta: assequitur velocem tardus. uti nunc Vulcanus, qui tardus & claudus est, cepit Martem, quamvis celerimum. Cic. 2. de Oratore, *qualis tibi videtur qui in adulterio deprehēditur? tardus.* παρὰ ὑπόνοιαν præter expectationem. nam qui interrogavit, dicturum putavit, impurus, flagitiosus. Sed quid opus fuit tam longa narratione? non potuère hæc dici brevius? brevitas, & prolixitas cuiusque

iusque orationis, pro rerum multitudine, quæ sunt explicandæ, & magnitudine æstimanda est. Multa complexus es, & nihil dixisti, quod non pertinuit ad rem? non fuisti longior, quamvis longa sis usus oratione. Pauca omnino verba fecisti? at hæc pauca sunt nimium multa, si quid extra caussam. Nam etiam in paucis quædam possunt esse supervacua. Homerus nemini videtur tam prolixo opere multus: ne tum quidem, quum διασκευὰς illas adhibet, quas Iulius Scaliger irridet: odiosus est Chærilus vel paucis versibus. Sed hic noster quid exposuit, in tam longa narratione, quod non debuit exponere? quod non facit ad caussam? quod melius fuit prætermitti? at omnis narratio brevis esse debet. etiámne si caussa desiderat longiorem? si multa oratione percurrenda sunt, multa colligenda? at hæc expositio non est pro portione reliquarum partium: at hoc illud ipsum est, quod in fine exordij monuit orator, se non dubitare, quin caussam obtineat, si possit iudicibus rem, uti gesta est, narrare modò. Heic enim nullâ opus esse eloquentiâ ad rem exaggerandam: per se enim satis indignam videri. nullâ admodum confirmatione ad caussam probandam, quæ perspicua sit ex sese, & luce meridiana clarior. quid? quod sunt quædam Demosthenis quoque narrationes in illis brevibus caussis longiusculæ? Cic. 2. De Oratore. *Narrare verò rem quod breviter iubent, si brevitas appellanda est, quum verbum nullum*

nullum redundat, brevis est L. Crâssi oratio. si tum est brevitas, quum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est, sed sæpe obest vel maxime in narrando, non solum quód obscuritatem affert, sed etiam quod eam virtutem, quæ narrationis est maxima, ut iucunda & ad persuadendum accommodata sit, tollit. hoc illi vocant πιθανότητα: quæ si usquam alias, in hac est narratione. Optimus auctor Aristoteles ridet illos dicendi Magistros, qui semper oratorem hisce brevitatis legibus astringunt. sic enim scribit 3. Rhetorices, νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν. καίτοι ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει, τί δ' ἔφη, εὖ ἀδύνατον; καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ, ἢ τὸ τάχυ, ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως. nunc ridiculè narrationem aiunt celerem esse oportere: atqui quemadmodum ille, qui interroganti cuidam farinam subigenti, durámne massam, an mollem subigeret, quid, inquit, non potes bene? sic idem hoc loco dici potest. Oportet enim non longam narrationem instituere, ut neque procemium longum, aut longas confirmationes: quum neque híc sit illud benè, vel in celeritate, vel in compendio, sed in illa aurea mediocritate: quæ postrema Aristotelis, verba Quintilianus sic interpretatur, *Tanquám necesse sit, aut longam, aut brevem esse expositionem, nec liceat ire per medium.* Idem Fabius paullò pòst. *Ideoque Græcorum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est,* σύντομον, *aliud brevem putavérunt: quòd illa supervacuis*

careret,

careret, hæc posset aliquid ex necessarijs desiderare. Nec prolixitas maius vitium est, quàm obscuritas:

---brevis esse laboro, Horat.

Obscurus fio.---

Gravior hæc culpa. nam, opinor, docendus est iudex. Itaque exponenda est series atque ordo rerum, aut ἀπολειφθήσεται τῶν γεγενημένων, οὐδ' ἐπακολουθήσει. Quintilianus, *non minus autem cavenda erit, quæ nimium corripientes omnia sequitur obscuritas: satiusque est aliquid narrationi superesse, quàm deesse. nam supervacua cum tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur.* Quid igitur? Vana sunt artis præcepta? minimè quidem vana, sed hoc intelligendum est, rationem & oratoris prudentiam pluris esse, quàm vllam artem. Ratio, quæ præcepta artium peperit, est tanquam Pop. Rom. aut Atheniensis, qui leges sibi, quas vult, & utiles esse arbitratur, statuit. sed idem populus ius habet, vel leges suas abrogandi, si displicent, vel quibus in rebus valêbunt, & quousque moderandi: sic ratio potest, quæ ubiq; dominatur, vel documenta artis omnino tollere, si sunt inutilia, quæ sibi tanquam leges posuit, vel finem illis & modum statuere. Plato Politico, τὸ δ' ἄρισον οὐ τοὺς νόμους ἐστὶν ἰσχύειν, ἀλλ' ἄνδρα μετὰ φρονήσεως βασιλικόν. optimum est non ut leges valeant, sed vir prudentiâ præditus Regalis. Item, ὁ ὄντως πολιτικὸς ποιήσει τῇ τέχνῃ πολλὰ, εἰς τὴν αὑτοῦ πρᾶξιν τῶν γραμμάτων οὐδὲν φροντίζων, ὁπόταν ἄλλ' αὐτῷ δόξῃ βελτίω παρὰ τὰ γεγραμμένα: qui verè politicus est multa arte faciet, nullâ ad id quod agit habitâ ratione scriptorum, quum alia ei vide-

buntur meliora, quam quæ ſcripta ſunt: hic artem, Civilem intelligit prudentiam. Itaque artium magiſter eſt qui non ſolum didicit arteis, earumque ſuperavit omnem difficultatem, ut peritum artificem artis ſuæ magiſtrum dicimus, ſed etiam qui *prægravat arteis, infra ſe poſitas*, ut inquit Horatius. hoc eſt, ut ego interpretor, qui ius atque imperium habet in artes, quas tenet. nam qui ſic ſuis artibus addicti ſunt, ut nephas eſſe exiſtiment, vel latum unguem (ut aiunt) ab arte diſcedere, hij non ſunt artium magiſtri, me iudice, ſed ſervi, & ſervum pecus, minutis quibuſdam præceptiunculis religione quâdam alligati. Quid igitur cenſebimus? nempe id quod Flaccus de alia re ſcribit, *Et mihi res, non me rebus ſummittere conor*, huc transferendum eſt. Prudens enim & doctus orator, ſibi artem, non ſe arti ſubmittere conabitur. atque hic verè eſt artium magiſter dignus hoc nomine, dignus ſua profeſſione. Hanc ob cauſſam, ut Socrates in Gorgia diſputat, quidam, Rhetorica ars eſſet nécne, dubitârunt. videri enim potius *ἐμπειρίαν τινὰ, καὶ τριβὴν, καὶ δύναμιν, τέχνην δ' οὐδαμῶς*. vide principium 1. de Oratore. Nec tamen temerè ars negligenda: ſed tenendum diligenter illud Quintiliani, *Non tamen hæc quia poſſunt benè aliquando fieri, paſſim facienda ſunt: ſed quoties præceptum vicerit ratio.* Aliquando longæ narrationi locus eſt, non ſæpe: & illi ſunt indocti, qui ſemper ſibi neceſſe eſſe putant rem breviter exponere. *Eſt ergo optimum in omni* (inquit Fabius) *oratione mediam hanc tenere dicendi viam, Quantum opus eſt, quantum ſatis eſt, nec*

inornata

inornata debet esse brevitas, alioqui sit indocta. nam & fallit voluptas, & minus longa, quæ delectant, videntur: ut amœnum ac molle iter etiamsi est spatij amplioris, minus fatigat, quàm durum aridumq́; compendium. nihil autem hac Lysiæ narratione (vt iam ad institutum revertamur) potuit esse amœnius, nihil iucundius. Quum igitur tantum fuerit gratiæ & delectationis in rebus ipsis, & rerum varietate, non erat verenda longitudinis offensio.

Οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ) εἰσβολὴ τῆς κατασκευῆς. sed præcedit ἀνασκευὴ τοῦ χρώματος τῶν ἀντιδίκων. mala enim & perdita caussa est, quæ nullam habet, vel specie tenus, defensionem. Audiamus ergò quid ab adversaria parte dicatur, & quid habet illa caussa saltem coloris. Res, inquit maritus, sic se habet, atque ita gesta est, vt ego vobis modò narravi, non ut illi dicunt, qui me accusant. quid illi igitur dicunt? enimvero Euphilete, tu es nimis suspiciosus, & Zelotypiæ vitio laboras. quia formosam habes uxorem, putas omneis qui illam vident, velle habere. Si quis oculos in uxorem tuam conjicit, hunc illicò clamitas illam amare: & inter ceteros suspectum habuisti Eratosthenem, quum eius formam atque ætatem videres. itaque è publico prætereuntem obtorto collo rapuisti in ædeis tuas optimum adolescentem, summâ spe præditum: atque ibi intus miserè excruciasti usque ad necem. & quum ille è manibus elapsus ad aram Vestæ confugeret, inde eum contra ius fasque abripuisti. Sciebat Euphiletus hæc sibi obiectum iri. itaque á principio προοικονομησάμενος sic narrationem com-

posuit, ut amoliretur omnem ζηλοτυπίας suspicionem. dixit se minimè suspiciosum esse, se semper suam uxorem putasse omnium castissimam & pudicissimam. rus abiisse persæpe: illam domi reliquisse. concessisse ei interius cubiculum: se suprà pernoctare solitum. quum fores de media nocte crepuissent, nihil dixisse: quum faciem cerussatam videret, nihil dum suspicatum esse: nihil sibi unquam suboluisse, donec illa anus ad se veniret. denique in omni illa narratione ingenuum quendam & simplicem se simulat, cuiusmodi minimè sunt κακότροποι. Quintil. *Plurimum facit illa callidissima simplicitatis imitatio.* Idem alio loco, *Neque enim minus vitiosa est oratio, si ab homine, quàm si à re, cui accommodari debuit, dissidet. Ideoque Lysias optimè videtur in iis quæ scribebat indoctis, servasse veritatis fidem.* εἰσφρησθεὶς, si latine dicere liceret, irreptus. utitur hoc verbo Lysias proxima quoque oratione περὶ Σίμωνα.

ὁ δ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγὼν) ad Vestam, i. aram Vestæ μετωνυμικῶς, quam Græci privatis ædibus colebant, ut Romani Lareis, penates: Hebræi in superstitionem lapsi Theraphim: Hunc cultum autem veteres servabant quia suas ædeis, & familias non putabant tutas, nisi in ædibus ante oculos haberent ædium custodes Deos Tutelareis. Plautus Aulularia.

Ego Lar sum familiaris ex hac familia
Patriq́, avoq́, amicus huius, qui nunc hic habet.
Sed mihi avos huius obsecrans concredidit
Auri talentum: clàm omnis in medio foco
Defodit venerans me uti servarem sibi.

Ex hoc loco Plauti liquet Lares positos fuisse ad focum.

focum. Cur enim ſenex quum aurum Laribus concrederet, illud in medio foco defoderet? focus autem ἑστία. vnde ἐφέστιος qui habet locum & focum, quò ſe recipiat, ἀνέστιος qui non habet. hic etiam Latinis dicitur extorris, cui aqua & igni interdicitur, ὁ τῶν χερνίβων καὶ τῆς ἑστίας εἰργόμενος. torris enim ſarmentum, quod in foco accenditur. Itaque apud Heſychium videtur legendum, ἄφιτρος, ἀνάστατος μιαρὸς, (quod eſt ad verbum extorris: φιτρὸν enim torrem ſeu titionem appellat Lycophron) quod hodie vulgò legitur ἄφικτος, quod eſt ὄνομα κωφὸν, ut ego cenſeo, Virg. Lib.

(Excipit Aſcanius) per magnos Niſe penates,
Aſſaracíq; Larem, & canæ penetralia Veſtæ
Obteſtor.---

Cic. 2. de Nat. Deorum, *Nam Veſtæ nomen à Græcis eſt. ea enim eſt, quæ ab illis ἑστία dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet.* (hinc pro aris & focis dimicare, eſt de religione, de patria, de fortunis omnibus decernere) *Itaq; in ea quæ eſt rerum cuſtos intimarum* (hinc Virg. Penetralia Veſtæ) *omnis precatio, & ſacrificatio extrema eſt. nec longè abſunt ab hac vi Dij Penates, ſive à penu ducto nomine (eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus) ſive ex eo quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales à poetis vocantur.* Plautus Trinummo.

Larem corona noſtrum decorari volo,
Uxor venerare, ut nobis hæc habitatio
Bona, fauſta, felix, fortunatáq; eveniat.

Ex hoc loco Larem intelligimus præſidem fuiſſe habitationis, atque ædium. Auſonius Monoſyllabis.

Nec Genius domuum, Larundâ progenitus Lar. Singulis autem quibusque locis suos attribuebant Genios. Lactantius lib. 1. de falsa religione. *Quis quum audiat deam Mutam tenere risum potest? hanc esse dicunt, ex quâ sunt nati Lares: & ipsam Laram nominant vel Larundam.* Sed audiamus è nostris doctissimum, atque acerrimum harum superstitionum refutatorem. Arnobius contra gentes 4. *Possumus, si videtur, summatim aliquid & de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum Deos esse, ex eo quod Graci vicos cognominant lauras. In diversis Nigidius scriptis, modò tectorum, domuumque custodes, modò Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iovis aribus aliquando vagitum, indigites Samothracios, quos quinque indicant Græci Idæos dactylos nuncupari. Varro similiter hæsitans, nunc esse illos Manes, & ideò Maniam matrem esse cognominatam Larum. nunc aerios rursus deos, & heroas pronuntiat appellari: nunc antiquorum sententias sequens, larvas esse dicit Lares, quasi quosdam Genios defunctorum animis mortuorum.* Nec minor de penatibus suis Ethnicorum dissensio. Nigidius penates Deos Neptunum esse, atque Apollinem prodidit, qui quondam muris urbem Ilium conditione adiunctâ cinxêrunt. quos Ænêas captâ urbe servavit,

Ilium in Italiam portans victosque penates.

Cæsius, inquit Arnobius, Fortunam arbitratur, & Cererem, & Genium *I*ovialem, ac Palem, sed non illam fœminam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis, ministrum *I*ovis ac villicum

villicum. Nec defuêrunt, qui ſcriberent Iovem, Iunonem, ac Minervam deos penates eſſe, ſine quibus vivere, ac ſapere nequeamus, ſed qui penitus nos regant ratione, calore, ac ſpiritu. Sic graviſſimus vir Ethnicæ religionis, ex inconſtantiâ ac varietate, arguit vanitatem. Ἑστιάδες virgines Veſtaleis, quas Numa inſtituit. Plutarchus in Numa, Νυμᾶ γὰρ δὴ καὶ τὴν τῶν ἑστιάδων παρθένων καθιέρωσιν, καὶ τὴν περὶ τὸ πῦρ τὸ ἀθάνατον, ὃ φυλάττουσιν αὐταί, θεραπείαν τε καὶ τιμὴν ἀποδιδόασιν, εἴτε ὡς καθαρὸν καὶ ἄφθαρτον τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν ἀκηράτοις, καὶ ἀμιάντοις παρατιθέμενοι σώμασιν, εἴτε τὸ ἄκαρπον καὶ ἄγονον τῇ παρθενείᾳ συνοικειοῦντες. Numæ enim & Veſtalium virginum conſecrationem, eumque, qui eſt circâ iugem ignem, quem ipſæ cuſtodiunt, cultum atque honorem attribuunt, ſive ut puram atque incorruptam ignis naturam integris, & caſtis mandantes corporibus, ſive quod ſterile & infœcundum eſt, cœlibatus ſanctimoniæ copulantes. At optimi auctores Latini ignem à gignendo deducunt, quod ſit γονιμὸς. Varro, *Cauſſa naſcendi duplex, ignis & aqua. Ideò ea in nuptijs in limine adhibentur. Mas ignis, quod ibi ſemen, aqua fœmina, quòd fœtus ab eius humore.* Item, *Ignis á naſcendo: omne enim quod naſcitur ignis gignit.* hic τὸ ἔτυμον reddidit. Sed idem Varro. *Omne corpus, inquit, ubi nimius ardor aut humor urget, aut interit, aut manet ſterile. cui teſtis æſtus, & hyemps, quòd in altero aer ardet, & ſpica aret: in altero natura ad naſcendum cum himbre & frigore victitare non vult,*

ſed ver expectet. de Veſtalibus hoc etiam Plutarchus, ὡρίσθη δὲ τ͂ ἱεραῖς παρθένοις ἁγνεία τριακονταέτη: ἐν ᾧ τὴν μὲν πρώτην δεκαετίαν, ἃ χρὴ δρᾶν μανθάνουσιν. τὴν δὲ μέσην ἃ μεμαθήκασι, δρῶσι: τὴν δὲ τρίτην ἑτέρας αὐταὶ διδάσκουσιν, definita eſt ſacris virginibus triginta annorum ſanctitas. & primum quidem decennium diſcunt, quæ facere oportet. Secundo, quæ didicêre, ipſæ faciunt. tertio diſciplinam aliis tradunt. at non noſtri ἱερόφαντοι, qui ſimul diſcunt, & docent, & faciunt ea, quæ ſunt ſui muneris: aut ne diſcunt quidem, ſed audaciâ pro ſapientia ſæpius utuntur,

Thucid.l. Θάρσος ἀμαθία, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει.

Confidentiam affert inſcitia: recta autem conſideratio tarditatem. Exactis autem triginta annis permiſſum illis fuit nubere, & ſacerdotio ſe abdicare. ſed ſi qua id faciebat, inſigni infelicitate aliquâ ferè eſt uſa, & in luctu, atque triſtitia reliquam vitam agebat. Intus ergò colebant ἑςίαν in ædibus, extrà Iovem ἑρκεῖον. huic etiam primitias immolabant ex fabella quadam huiuſmodi. Quum devictis Titanibus Iupiter imperio potitus eſſet, Veſtæ permiſit optionem, vt quod vellet, eligeret è regni partibus. Illa primum virginitatem popoſcit: deinde Sacrorum quæ Dis immolarent homines, primitias. inde proverbium, ἀφ' ἑςίας ἄρχε, à Lare incipe, id eſt, à domeſticis. quo patresfamiliarum & magiſtratus admonentur, in primis ſuos corrigere. Vnde illud Pauli, *Qui ſuam domum neſcit regere, quomodo procurabit Eccle-*

ſiam

ſiam Dei, & hoc Petri, *Tempus eſt ut incipiat iudicium à domo Dei*. quod ſumſit ex 25. Ieremiæ. 1. ad Tim. 3.
Ariſtophanes veſpis, ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινὰ, à lare incipiens aliquem peſſundabo. Plato 1. epiſt. cap. 4.
Euthyphône, ἀτεχνῶς γὰρ ἀφ' ἑστίας δοκεῖ μοι ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν, σὲ ἐπιχειρῶν ἀδικεῖν. de Socrate, quod eſſet omnium ſanctiſſimus. In Phædro autem in illa περιπολήσει θεῶν τε καὶ δαιμόνων, ſola Veſta ſervat domum, ἑστία μένει ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. nam duodecim Dii ſunt octo ſphæræ, cum quatuor elementis, quæ rotantur aſſidua circumvectione: terra autem immobilis, quæ Veſta. Arnobius, *Varro, qui ſunt introrſus, atque in intimis penetralibus cœli deos eſſe cenſet, quos loquimur, nec eorum numerum, nec nomina sciri. Hos Conſentes & Complices Etruſci nominant, quod unà oriantur, & occidant unà: ſex mares & totidem fœminas nominibus ignotis, & iis nationis barbariſſimæ: ſed eos ſummi Iovis conſiliarios, ac principes exiſtimari*. qui locus mirificè explicat illum Platonis in Phædro. ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐπιμελούμενος. τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων. Magnus quidem dux ille in cœlo Iupiter volucrem currum agens, primus incedit, diſponens omnia atque procurans: hunc comitatur exercitus deorum, ac dæmonum. an Plato ſcripturam legerat, in qua toties Angelorum chorus Dei vocatur exercitus? Platonicis autem Angeli ſunt Dæmones. ſed ad propoſitum revertamur. vult igitur Plato veſtam eſſe terram, quæ ſita eſt in medio immobilis. Sic Ovidius,

Stat vi terra suâ: vi stando vesta vocatur.

Sic Græcum Ἑστία ἀπὸ τοῦ ἑστάναι, καὶ ἵστημι. Itaq; Herodotus atque Iones vocant ἱστίην: vnde apud illum toties ἐπίστια pro domicilijs. Plato Timæo Locrensi. γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυμένα, ἑστία θεῶν, ὅροι ὄρφνας τε, καὶ ἁμέρας γίνεται: Terra in medio sita Deorum sedes est, noctisque ac diei determinatio. Sed alibi idem Ovidius,

Nec tu aliud vestam quam vivam intellige flammam. i.

Πῦρ ἀθάνατον. Plutarchus Numa, Νουμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν, ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ὡς ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο ἑστίαν καλοῦσι, καὶ μονάδα. τὴν δὲ γῆν, οὔτε ἀκίνητον, οὔτε ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένην, οὔτε τῶν τιμιωτάτων, οὔτε τῶν πρώτων τοῦ κόσμου μορίων ὑπάρχειν. Numam ferunt vestæ delubrum rotundum circumdedisse igni inextincto munimentum, non terræ figuram imitatus, quasi illa esset Vesta, sed mundi vniversi, cuius in medio Pythagorici ignem situm existimant. Et hoc Vestam vocant, atque Vnitatem: terram autem, neque immobilem, neque in medio teneræ circumvectionis locatam esse, sed circum ignē esse suspensam, nec carissimarū, nec præcipuarum mundi partium. atque hanc Platonis quum senex esset, opinionem fuisse aiunt περὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καθεστώσης, τὴν δὲ μέσην, καὶ κυριωτάτην ἑτέρῳ τινὶ κρείττονι προσήκουσαν. hic iam rationem vide-

mus cur Vestam alij terram, alij ignem existiment. Numam autem Pythagoricum fuisse Clemens Alexandrinus prodidit. Quamvis id M. Tullius, atque omneis chronologi refellant. Atque hanc opinionem Pythagoræ de situ vniversi refellit Aristoteles 2. de Cœlo cap. 13. *Italici autem, qui vocantur Pythagoréi contrà sentiunt. hij enim in mediâ regione ignem esse aiunt. terram autem vt astrum aliquod circa medium raptam, noctem diemq; efficere.* ἔτι δ' ἐναντίαν ἄλλην ταύτῃ κατασκευάζουσι γῆν, ἣν ἀντίχθονα καλοῦσιν: οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας ζητοῦντες, ἀλλὰ πρός τινας δόξας καὶ λόγους αὐτῶν τὰ φαινόμενα προσέλκοντες, καὶ πειρώμενοι συγκοσμεῖν. quod vtinam hodiè multi in rebus maioris momenti non facerent: qui non ad rerum evidentiam suas opiniones accommodant, sed ad conceptas animo pravas ac futiles sententias ea, quæ sunt luce clariora detorquent: sed quum omnia fecerint, non possunt ista συγκοσμεῖν. fuêre etiam alij, inquit Aristoteles in hac sententia: quorum hæc ratio est vel optima: τῷ τιμιωτάτῳ προσήκειν τὴν τιμιωτέραν ὑπάρχειν χώραν, εἶναι δὲ πῦρ μὲν γῆς τιμιώτερον. τὸ δὲ πέρας τῶν μεταξὺ, τὸ δ' ἔσχατον, καὶ τὸ μέσον πέρας. hoc etiam in rebus humanis fieri videmus. nam & in convivijs, & in publicis conventibus, honoratiores viri in medio ferè sedent: & apud Homerum Aiax atque Achilles extrema stationis navium tuebantur, non solum ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν, præsidii caussâ, virtute freti, & vi manuum: sed honoris etiam gratiâ: & navis Vlissei in medium erat subducta Iliad. λ.

non

non solum γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε, vt personaret vtróque, & quia sic erat ex vsu: sed ei quoque hac assignatione honos quidam habitus est. τὸ γὰρ πέρας τῶν μεταξὺ τιμιώτερον, τὸ δ᾽ ἔσχατον καὶ τὸ μέσον πέρας. Sed Pythagorei, inquit Aristoteles, hac etiam ratione nituntur, vt probent ignem locatum esse in medio, διὰ τὸ μάλιστα προσήκειν φυλάττεσθαι τὸ κυριώτατον τοῦ παντός: τὸ δὲ μέσον εἶναι τοιοῦτον, ὃ Διὸς φυλακὴν ὀνομάζουσι, τὸ ταύτην ἔχον τὴν χώραν πῦρ. Sic cor videmus vitæ fontem ac principium in medio corporis collocatum: Regem aut imperatorem, quò sit tutior, locum sibi in media acie deligere. Sed accutissima distinctione huic rationi philosophus occurrit: quasi idem esset, inquit, medium τοῦ μεγέθους καὶ τοῦ πράγματος, ἢ τῆς φύσεως, magnitudinis, & rei sive naturæ. nam vt in animalibus, non idem est animalis, & corporis medium, οὕτως ὑποληπτέον καὶ περὶ τὸν ὅλον οὐρανόν. medium ergo rei, atque naturæ, non molis & magnitudinis quærendum fuit. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀρχὴ τὸ μέσον, καὶ τίμιον. τὸ δὲ τοῦ τόπου μέσον ἔοικε τελευτῇ μᾶλλον ἢ ἀρχῇ. sed obsoletam hanc opinionem, & iam oblivioni traditam, terram movere, & cœlum quiescere, hoc seculo Mathematici quidam excitarunt intermortuam, & interpolârunt, ne quid esset in vlla disciplina quod nō hominum audacia mutaret. nobis enim εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν, vt inquit Apostolus, πάντα ἄνω κάτω γέγονεν. hunc autem ignem, quem in medio mundi facit quiescere, non videtur elemētum Pythagoras intelligere, sed Solem. itaque ignem vestalem, quod illius similachrum fuit, extinctum, à sole quibusdam machinis redaccendere oportebat.

pottebat.

portebat. quod bis Romæ contigit, Mithridatico bello, atque Civili. Plutarchus, ὅ φασὶ μὴ δεῖν ἀπὸ ἑτέρου τινὸς πυρὸς ἐναύεσθαι, καινὸν δὲ ποιεῖν καὶ νέον, ἀνάπτοντα ἀπὸ τοῦ ἡλίου φλόγα καθαρὰν, καὶ ἀμίαντον. dictum est περὶ τοῦ ἐναύεσθαι, καὶ τοῦ ἀνάπτειν. quod igitur sol in mundo, hoc ignis in domo.

Αἰθομένοιο πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.

Hinc ἑστίαν pro Domo sæpe invenias συνεκδοχικῶς. Euripides Hecuba, ὅτου δῶμ᾽ ἑστίαν τ᾽ ἀφίξομαι. Suidas ἑστία δίαιτα, οἴκησις, βωμὸς, χυτρόπους, ἐσχάρα. i. focus. rectè igitur Vestam Cicero dixit ad aras & focos pertinere. τὸ χυτρόπους Suidas ipse explicat. γυναῖκα πλάττουσι τὴν γῆν τύμπανον βαστάζουσαν, terram fingunt feminam Tympanum sustinentem, vt χυτρόπους ollam. quibusdam videtur terra, inquit Arist. πλατεῖα. καὶ τυμπανοειδής. Hesychius, ἑστία βωμὸς, ἢ οἰκία. ἑστιᾶν cænam dare, convivium præbere. Plutarchus in Bruto, Κάσσιον μὲν Ἀντώνιος εἱστία παραλαβὼν, Βροῦτον δὲ Λέπιδος. Plato Symposio, θυσίαν ποιουμένου, καὶ ἑστιῶντος Ἀγαμέμνονος, ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοίνην. Sic enim Homerus Iliados β. αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, sua sponte venit. quo de multa Athenæus lib. 4. Sed hæc non pigebit referre: vt enim in convivio λόγος λόγον τίκτει. Athen. δῆλον γὰρ ὡς οὔτε ἀδελφὸν, οὔτε γονέας, οὔτε γυναῖκα καλεῖν οὔτε οἵτινας ἰσοτίμους τινὰς τούτοις ἄγει. maior enim cum his omnibus necessitudo, quàm vt vocationem expectent. at quidam, inquit, vt caussam reddant probabilem, cur fratrem non invitavit inter tot alienos, versiculum ascribunt, qui non est τοῦ ποιητοῦ sed παρεμβεβλη-

βεβλημένος, ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο: qui hodie extat in omnibus libris. quasi rex tot occupationibus curisque distentus, fratris oblitus esset. atque hoc Aristarchus probat. Sed Athenocles, qui melius intelligit Homerum, vult hoc poetam docere, quum facit Menelaum αὐτόματον venire, id est, ἄκλητον, ὡς τῆς ἀνάγκης ὁ Μενέλεως οἰκειοτέρως ἔχει. vnde dicuntur ἀναγκαῖοι φιλοι. Demetrius Phalareus versum reiicit, ut τῆς ποιήσεως ἀλλότριον. οἶμαι γάρ φησιν, ἕκαστον τῶν χαριέντων ἀνθρώπων ἔχειν καὶ οἰκεῖον καὶ φίλον, πρὸς ὃν ἂν ἔλθοι θυσίας οὔσης, τὸν καλοῦντα μὴ περιμείνας. Sed hæc παρέργως. ἑστιάτωρ convivator, Suidas, ὁ εἰς εὐφροσύνην, καὶ εὐωχίαν καλῶν. Greg. Naziazenus, ἵνα μὴ νήστεις ὑμᾶς ἀπολύσωμεν καὶ ταῦτα ὄντες ἑστιάτορες, Metaphoricè. Nam & dicimur ἑστιᾶν τινὰ τοῖς λόγοις. Et bonus orator, aut concionator lautus est convivator. at convivæ δαιτύμονες, οἱ εὐωχούμενοι. Est igitur ἑστιᾶν, to feast. Xenophon Symposio, ἑστιᾶν γὰρ μέλλω Αὐτόλυκον καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ. nostrum verbum à Græco, quia Latinum Festus. quomodo? ἑστία Vesta, non vt Ovidius censuit, sed vt ἕσπερος vesper, ἦρ ver, non à viriditate, vt Varro docuit. Dionysius Halic. I. συνηθὲς ἦν τοῖς ἀρχαίοις ἕλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ προστιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὸ οὐ συλλαβὴν ἑνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δ᾽ ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις. hoc autem erat tanquam Gamma iunctũ ad vnam rectã lineam duabus obliquis, sic F. atque hoc Grammatici vocant Aeolicũ digãma: quia Aeolũ est hæc dialectus maximè. Sic enim illi dicebant

bant Ϝελένη, Ϝάναξ, Ϝοῖκος, Ϝανὴρ, pro ἑλένη, ἄναξ, οἶκος, ἀνήρ. Sed quid hoc rem? præponebant, inquit Dionyſius, nominibus à vocali incipientibus, ου ſyllabam, quæ valet F. eſt autem ου, Latinum V, & teſte eodem Dionyſio Latinus ſermo maximè Æolum imitatur idioma. Iam facilè eſt videre veſtam, & Feſtum diem ἀπὸ τῆς ἑςίας καὶ τοῦ ἑςιᾶν manaſſe. Hac ratione inquit, Latini Velia dixêrunt παρὰ τὰ ἕλη, paludes, quòd hij loci ſunt ἑλώδεις. hinc illa ἀςυγείτων inſula Cantabrigiæ, nomen fortaſſe habet vernaculum, πάλλα μὲν εὔβοτος, ἑλώδης δ᾽. ferè enim hieme ſtagnatur. Simile eſt quod φίλιππος Macedones dicunt βίλιππος, & παλλήνη βαλλήνη, vrbs Thraciæ: vnde apud Ariſtophanem βαλληνικὸν βλέπειν, quod per ænigma declarat iocoſè λίθοις βάλλειν. ita noſtrates, præſertim ruſtici quibuſdam regionibus permutant f, & v. itaque ridentur quoties dicunt vitulinam, aut Quadraginta. Sic φῶ, vnde φημὶ, Siculi quidem dicunt φάζω, vt ἀνιῶ ἀνιάζω: ex quo φατὶς & φάσις: aſſumto ρ φράζω vnde ἡ φράσις. Macedones autem βῶ, βάζω. vnde βάξις δωρικώτερον loquela. Hæc Euſtathius. apud quem etiam Heraclides ait Pamphilios gaudere τῷ β præfixo vocalibus, vt φάος φάβος lux. ἀέλιος βαβέλιος Sol. V. Græci tollunt ex Latinis dictionibus: Favonius φαώνιος. Aeoles quoque β præponunt τῷ ρ. Vt ῥάκος βράκος, Pannus. ροτός βροτὸς mortalis, ὁ ῥεῦσις δηλαδὴ φύσεως ὤν, ῥυτὴρ βρυτὴρ habena. ut igitur β & φ Græcis, ſic v & f Latinis affinem habent pronunciationẽ. hinc conſtat Veta, nõ Beta ſonandũ. Eely.

Itaque

Itaque Ʋ præfixum vocalibus vocant Aeolicum digamma, quod F figuram habet duplicis Γ. hæc neque abs re fuerunt, & habuerunt χρυσομαθείαν. nunc reliqua apud Lysiam exequamur.

Ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ ποδηγὴς κατέπεσε) refellit secundam calumniam. qui potuit ad Larem confugere, inquit, quem ego primo impetu ad pedes prostravi. prius adversariorum argumenta confûtat, quam sua confirmat. Quintilianus, *In armorum ratione antiquior cavendi quam ictus inferendi cura est.* illud autem ποδηγὴς nescio quid sit. Nam neque est apud Hesychium, aut ullum Lexicographum: & Henricus Stephanus, qui transtulit hanc orationem, tacitum prætermisit. non dubium est locum esse corruptum, sed restituere integritati difficile est: nisi id sit, quod suspicor, vt vera lectio sit ποδήρης vnâ tantum mutatâ literâ. Est autem ποδήρης χιτὼν, & ποδηνεκὴς, tunica ad talos vsque demissa. vnde ποδήρης κατέπεσε non male interpretari possumus, *ad pedes procidit.* sed hoc ποιητικώτερον. si id non sit, nescio quid sit. est quidem ποδηγὸς dux viæ: sed quid hoc ad rem.

Οὔτε σίδηρον οὔτε ξύλον ἔχων) μετωνυμία Matth. 26. καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, potuit dici μετὰ σιδήρων καὶ ξύλων, duplici tropo. Virgil. lib. 9.

Vos o Calliope, precor aspirate canenti
Quas ibi tum strages ferro, quæ funera Turnus
Ediderit? Item,
Sinite arma viris & cedite ferro.

Est etiam ξύλον, quo pedes sontium constringun-

XIII.

cur. Actorum 16. καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον, in numellas. Sic apud Aristophanem reperitur. Eiusdem est Metonymiæ, quod pro cruce lignum dicimus. ξύλον ἀπὸ τοῦ ξύειν radere: vnde ξυστὸς hastile rasum. δόρυ, cui tantum cortex detractus est. pellis enim δορὰ ἀπὸ τοῦ δέρειν: quæ est in animalibus, quod cortex in arboribus. Varro lignum à legendo vult dictum: vt tignum à tegendo. Lignatores enim οἱ ξυλευόμενοι. δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται, quercus vbi ceciderit, quivis homo lignatur. σίδηρος παρὰ τὸ σίνεσθαι ἐν τῇ δήρει, quod nocet in pugna. δήρη enim μάχη, & δῆρις: vnde δηριάασθαι præliari. Ovid. *Iamq; nocens ferrum, ferróq; nocentius aurum.* hinc genus quoddam in Lemno, qui tela primùm fabricabantur σίντεις nominati.

ᾧ τοὺς εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο.) Thucid. lib. 1. πολέμου μὲν οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα, bellum non inferemus priores, sed si inferatur, propulsabimus. sic ἀμυνούμεθα τὸν ἄρχοντα χειρῶν ἀδίκων, eum qui prior manus affert, καὶ τὸν ὑπάρξαντα τῆς ἀδικίας, qui intulit iniuriam vltrò. Plato Timæo, χειρῶν, αἷς οὔτε λαβεῖν, οὔτε ἄν τινα ἀμύνεσθαι χρεία τις ἦν, μάτην οὐκ ᾤετο δεῖν αὐτῷ προσάπτειν. Manus, quibus nec prehendere, nec vim alicuius propulsare opus erat, frustra affingendas ei non putavit. Deus enim fecit τὸ πᾶν αὔταρκες, καὶ μὴ προσδεὲς ἄλλων. Est autem hoc loco σολοικοφανὲς. nam dicendum fuit potius χεῖρας: sed χειρῶν regitur à χρεία. Thucid. χρὴ τοὺς ἐχθροὺς παντὶ τρόπῳ ἀμύνεσθαι, oportet inimicos quovis vlcisci modo.

Dolus an virtus, quis in hoste requiret?

i. Sophocles, ἔργοις πεπονθὼς, ῥήμασιν σ' ἀμυνοῦμαι. re læsus, verbis te vlciſcor. Dem. περὶ τῶν ἐν χερρονήσῳ, quid ſi Philippus in agrũ noſtrũ adduxerit exercitũ, ἢ καὶ τότε τοὺς ἀμύνεσθαι κελεύοντας, πόλεμον ποιεῖν φήσομεν; reliquum eſt igitur vt ſerviamus. οὐ γὰρ ἄλλο γ' οὐδὲν ἐστὶ τοῦ μήτ' ἀμύνεσθαι μήτ' ἄγειν ἡσυχίαν ἐᾶσθαι. non enim eſt aliud certè tertium, ſi neque vim propulſare vultis, nec per alios quietis eſſe licet. & Philippica 2. ὑφίστατο δ' οὐδὲν αὐτοὺς: ἀλλ' ὅμως ἠμύνατο κἀκείνους ἡ πόλις, καὶ οὐκ ἀνηρπάσθη. tam potentes erant Lacedæmonij, quum imperio potirentur, vt nihil poſſet eorum vim ſuſtinere: attamen illos quoque vlta eſt civitas noſtra, ſeſeque defendit, nec de medio ſublata eſt. Homer. τὸν δ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνοι. at ἀμύνειν eſt βοηθεῖν cùm dativo. Plato πᾶς τῷ ἀδικουμένῳ βοηθείτω καὶ ἀμυνέτω. locum ante adduximus. Hom.

Αὐτίκα τεθναίην ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ

--- Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. Quamquam hic potius eſt vlciſci. Achilles enim Patroclum vlciſci potuit, mortuo opẽ ferre nõ potuit. Idẽ, ἤ κεν μνηστήρεσσιν ἀμύνοιτ' ἢ Ὀδυσῆι. procis opem feratis, an Vliſſi. Euripides Hecuba, ὤ μοι μοι: τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα; ποία δὲ πόλις; quis me vindicabit? quæ gens? quæ civitas? Cic. 1. offic. *qui nõ defendit nec obſiſtit iniuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parenteis aut amicos, aut patriã deſerat.* ὁ μὴ ἀμύνων, μηδ' ἀνθιστάμενος τῇ ἀδικίᾳ. & paullò antè, *Vnum eſt iniuſtitiæ genus eorum, qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſunt, non propulſant iniuriam.* i. τῶν μὴ ἀμυνόντων τοῖς ἀδικουμένοις. at ἀμυνόμεθα τοὺς ἀδικοῦντας. Euſtathius ἀμῦναι τὸ ἀπεριφράστως βοηθῆσαι δίχα μύνης,

ἔστι προφάσεως qualẽ: auxiliatorẽ poetæ vocant ἀοσσητῆρα. Odyſſ. φ. ἀλλ' ἄγε, μὴ μύνῃσι παρέλκετε· τουτέστι προφάσεσιν. Paullò ante præceſſit. -- ἔτι τιν' ἄλλην, Μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην ἐδύναντο. ad quod Euſt. ἐπισχεσίην δὲ τὴν πρόφασιν λέγει· ἐπείπερ οἱ προφασιζόμενοι ἐπέχουσιν, ὅ ἐστι μένουσιν, ἐννοούμενοι τί ἂν εἴποιεν. ὅθεν τὸ οὕτως ἐπιμένειν, καὶ τὴν τοιαύτην ἐπισχεσίην, μύνην μετ' ὀλίγα ἐρεῖ, (illo videlicet hemiſtichio quod poſuimus) ἵνα ἡ μύνη οἱονεὶ τὶς μονή. μονῆς γὰρ τινὸς χρεία τοῖς προφασιζομένοις, καὶ ἐπισχοῦσιν, ἤτοι ἐπέχουσιν. Eſtq; hæc Aeolica mutatio vocalium μονὴ μύνη. μονὴ mora: facile enim invicem liquidæ cõmutantur. contraria mutatione δῶρον domum. Tacitus Annaliũ 13. *Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adverſam patris voluntati cauſſari.* hoc eſt μύνῃσι παρέλκειν, καὶ ποιήσασθαι ἐπισχεσίας, καὶ προφασίζεσθαι. ἀμύνειν ſæpe occurrit etiam cum accuſativo τοῦ πράγματος. Euripides, Menelae ubi dico, μὴ τῷ δ' ἀμύνειν φόνον, ἐναντίον θεοῖς. & ſæpe apud Poetã.

-- Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνειν. à Danais fœdam peſtẽ depellere. at idẽ Eurip. etiã cum ſimplici dativo poſuit τοῦ πράγματος. *Oreste.* κᾆτ' οὐκ ἀμύνει Λοξίας τοῖς σοῖς κακοῖς; deinde Apollo nullam opem fert tuis malis?

Ἀνάγνωθι τὸν νόμον) hinc iã ſequitur confirmatio refutatis adverſariorũ calũnijs: cuius τὸ ἰσχυρότατον eſt ὁ νόμος. primùm igitur legem recitat, qua lege impunè Eratoſt. interemtus eſt. Lex, inquit, mihi ſecuritatẽ interficiendi dabat, & gladiũ quodammodò in manum porrigebat. nam niſi interfeciſſet legis alicuius auctoritate fretus, παλαμναῖος fuiſſet, ἔνοχος μιάσματι. καὶ αὐτόχειρ ἀνδροφόνος, & reus lege Cornelia de Sicariis: ut Eratoſthenes Iulia de Adulteris.

νόμος lex *ἀπὸ τοῦ νέμειν ἑκάστῳ τὸ δίκαιον*. *νομὸς* pascuum *ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι* depasci, quod pecorum est. Apollonius Argonauticῶν. 2.

—Οὐδ᾽ ἀπὸ οἵγε
Ποίμνας ἑρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν.

At Hesiodus, *ἀχρεῖος δ᾽ ἐπέων ἔσται νομὸς*, inutilis autem erit verborum copia. *νομὴ* depastio.

Ἀποτίνειν ἕτοιμος ἦν χρήματα) Si maritus acceptâ pecuniâ pepercisset adultero, legibus ipse lenocinii reus fuisset: eademque esset ei pœna, quæ lenonibus constituta, si culpam uxoris sibi compertã ac cognitam tulisset ac dissimulasset. Sic enim iure civili statuitur 48. Digestorum ad Legem Iuliam de adulteriis & stupro. *Lenocinij crimen lege Iulia præscriptum est, quum sit in eum maritum pœna statuta, qui de adulterio uxoris suæ quid ceperit. item in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit.* Ibidem. *Miles, qui cum adultero uxoris suæ pactus est, solui sacramento, deportarique debet.* nec ipsum modò lex pœna afficit, qui paciscitur, sed eos etiam omneis, qui intercedunt, quorúmve id operâ fieri solet. *Si cuius ope, consilio, dolo malo factum est, ut vir fœminàve in adulterio deprehensi, pecuniâ aliáve qua pactione se redimerent, eâdem pœna damnator, quæ constituta est in eos, qui Lenocinij crimine damnantur.* Item Codicis lib. 9. Tit. 9. rescriptum est imperatorũ Severi, & Antonini, in quo sunt hæc verba, *De crimine adulterij pacisci non licet.* rectè quidem. hoc enim esset quæstui habere leges, pœnam legibus constitutam pecuniâ condonare, aut pretio addicere. *ἀποτίνειν*, multam persolvere. inde il-

lud

lud toties apud Demosthenem, ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι, quam corporalem pœnam subire, aut pecuniariam solvere oportet. ἐκτίνειν debitam pecuniam exolvere. Dem. contra Timocratem, ἐὰν ἀργυρίου τιμηθῇ δεδέσθω, τέως ἂν ἐκτίσῃ, si in pecuniam pœnæ æstimatio sit facta, in vinculis esto donec exolverit. Iliad. δ

--- Σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν
Σὺν σφῇσι κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι.

Magno cum fœnore pœnas persolvêrunt, cum suis capitibus, vxoribusque & liberis. σὺν μεγάλῳ, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ μεγάλῳ, quod alij ἐπὶ πολλῷ. Demosthenes, ἐκ δὲ τούτων περιγίνεται ἡμῖν μὲν σχολὴ, καὶ τὸ μηδὲν ποιεῖν: ἃ δέδοιχ' ὅπως μήποθ' ἡγήσησθε ἐπὶ πολλῷ γεγενῆσθαι. Ex his superest nobis quidem otium & nihil agere: quæ vereor, ne aliquando magnâ mercede contigisse putêtis. Odysseæ γ. ἀλλ' ἤτοι κεῖνος μὲν ἀποσμυγερῶς ἀπέτισεν, at ille quidem acerbissimè pœnas dedit: nempe Aegisthus. σμυγερῶς, τὸ ἐπιπόνως, ὀδυνηρῶς, καὶ ὡς εἰπεῖν, καυστικῶς, ἀπὸ τοῦ σμύχω τὸ καίω. vtroque hoc loco, τὸ ἀποτίσαι est τὸ παθεῖν, & quidem vltimum pati supplicium. ἀποτίσαι pœnas dare: ἀποτίσασθαι pœnas expetere. Homer. ibidem paullo pòst. τίς δ' οἶδ' εἴ κέ ποτέ σφι βίας ἀποτίσεται ἐλθὼν, quis scit si domum reveniens Vlisses eorum iniurias vlciscetur. in verbis etiam simplicibus est significatio contraria: τίειν enim pœnas dare, τίεσθαι vlcisci. ibidem,

---Ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐτίσατο πατροφονῆα.

Nam & ille vltus est eum, qui patrem occiderat, nempe Orestes. Herodotus: οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν

τίσιν οὐκ ἀποτίσει. pœnas non dabit, ἀπὸ τοῦ τίω. Hom. τίσις ἔσσετ' ὄπισθεν. vltio erit postmodum, ἀπὸ τοῦ τίομαι. χρήματα δὲ λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Arist. Ethicorum 4. cap. 1.

Τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν) ἀπαραίτητος γὰρ ἦν ὁ ἀδικούμενος: potuitque id dicere adultero deprecanti, quod Hecuba apud Euripidem Polymestori, quum eius oculos effodisset & filios necasset.

Oreste. ——ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
Πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

At quando facere ausus es non honesta, patere non grata. οὐ δεινὰ, πάσχειν δεινὰ, τοὺς εἰργασμένους, non atrox facinus est, si patiantur atrocia, qui perpetrârunt? τῷ συγχωρεῖν sic vsus est Demosthenes contra Dionysodôrum, vt heic noster Lysias, sed cum accusativo. ἡμεῖς δ' οὐκ ἔφαμεν συγχωρήσειν οὐδὲν τούτων, negavimus nos vlli illarum conditionum concessuros. hic enim συγχωρεῖν est ὁμολογεῖν. vtrumque que verbum aliquid pacisci significat, vt docuimus. Thucid. ἐπειδὴ ἐκ τῶν συνόδων ἀλλήλοις ξυνεχωρεῖτο, posteaquam ex conventibus inter eos invicem pactum erat. Aristophanes Avibus, σφῷ νῦν διαλλάττεσθε καὶ ξυμβαίνετε, respondet alter, ἡμῖν, ἃ λέγεις συ, πάντα συγχωρεῖν δοκεῖ. idem est igitur συγχωρεῖν καὶ ξυμβαίνειν convenire. τίμημα pœna vel potius æstimatio pœnæ. τιμᾶν & τιμᾶσθαι æstimare. Latinum verbum ab æs & τιμῶ. ἐπιτιμᾶν obiurgare, quod pœna quædam est. Dinarchus ἀλλ' ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ' αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ροδίων. centum talentis multastis. Idem, οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικη-

δικημάτων εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσι. περὶ δὲ τῶν δωροδοκούντων δύο μόνον τιμήματα πεποιήκασιν, ἢ θάνατον, ἢ δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος, τὸ τίμημα τῶν δώρων. Leges de ceteris quidem maleficijs in argenti rationem venientibus, damni duplo multari iubent. de ijs autem, qui dona accipiunt, duas ſolum pœnas ſtatuêrunt, aut mortem, aut vt decuplum eius, quod à principio cepêre, donorum luant nomine. τὸ τίμημα τῶν δώρων. quanti valent dona. τίμημα pretium, τιμᾶν pretium ſtatuere. Demoſthenes contra Midiam, ἂν δὲ μικροῦ πάνυ τιμήματος ἄξιόν τις λάβῃ, βίᾳ δὲ τοῦτο ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν, ὅσονπερ τῷ ἰδιώτῃ. quod ſi quis ceperit, quod parvo admodum ſit pretio dignum, vi autem hoc abſtulerit, par fiſco annotare leges iubent, atque privato: quia nulla vis eſt vnquam facta non contra rempublicam. τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν ærario adiudicare: & τὸ πρόστιμον quod multæ nomine in fiſcum redigitur. ſed hoc idem τίμημα apud Demoſthenem eodem loco paullò pòſt, eſt non pretij, ſed pœnæ æſtimatio. διόπερ καὶ τῆς ὕβρεως αὐτῆς τὰς μὲν γραφὰς ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ: τὸ δὲ τίμημα ἐποίησεν ὅλον δημόσιον. quapropter & iniuriæ ipſius actiones quidem permiſit cuivis, qui vellet intendere: pœnam autem totam fecit publicam. ibidem, ἡγοῦμαι τοίνυν δικαίως ἂν ὑμᾶς καὶ καταψηφίσασθαι, καὶ τιμᾶν αὐτῷ τῶν ἐσχάτων. exiſtimo vos iure poſſe & condemnare eum, & pœnam æſtimare vltimam. Cicero 1. de Oratore *Erat enim Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis*

non esset, quasi pœnæ æstimatio. ἦν Ἀθήνησι τοῦ φεύγοντος καταγνωσθέντος, εἰ τὸ ἀδίκημα μὴ εἴη περὶ τοῦ σώματος, ἀντιτίμησις. *Hæc sententia quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur.* δοθείσης δὲ τῆς ψήφου τοῖς δικασταῖς, ὁ φεύγων ἠρωτήθη τίνος ἂν ἑαυτὸν τιμήματος ἄξιον μάλιστα φήσειε. *quod cùm interrogatus Socrates esset, respondit se meruisse, ut amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & ut ei victus quotidianus in Prytanéo publicè præberetur.* ὁ Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, ἠξίωσεν ἑαυτὸν τῶν μεγίστων τιμημάτων καὶ δωρεῶν, καὶ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως: est enim τὸ τίμημα ambiguum, quod pœnam pariter atque honorem significat. τίμημα, census. i. τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. Aristoteles 4. polit. cap. 5. ὀλιγαρχίας δὲ εἴδη, ἓν μὲν τὸ ἀπὸ τιμημάτων εἶναι τὰς ἀρχὰς τηλικούτων, ὥστε τοὺς ἀπόρους μὴ μετέχειν πλείους ὄντας, ἐξεῖναι δὲ τῷ κτωμένῳ μετέχειν τῆς πολιτείας. ἄλλο δὲ ὅταν ἀπὸ τιμημάτων μικρῶν ὦσιν αἱ ἀρχαί. Oligarchiæ genera sunt, unum quidem, ut pro censibus mandentur imperia tantis, uti inopes quamvis plureis fuerint, ne sint participes, liceat autem cuivis, qui tantas facultates possideat ad rempublicam accedere. alterum, quum pro censibus exiguis designantur magistratus. Plutar. Solone. ἔλαβε τὰ τιμήματα τῶν πολιτῶν, καὶ τοὺς μὲν ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς, μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας, πρώτους ἔταξε, καὶ πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε. δευτέρους δὲ τοὺς ἵππον τρέφειν δυναμένους, ἢ μέτρα ποιεῖν τριακόσια. ζευγῖται δὲ οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο θῆτες. οἱ τιμηταὶ censores

Romani

Romani, non ſolũ quia cenſum luſtris condendis agebant, ſed quòd etiã in mores civiũ animadvertebant, & alios ſenatu movebant: equos aliis adimebant, alios aliis afficiebant ignominiis: hæ notæ cenſorũ ſunt τιμήματα: & cenſoriũ opus facere apud Gelliũ, eſt ἄξιόν τι ποιεῖν τῆς τιμητῶν ἐπιστροφῆς. dignũ aliquid facere Cenſorum animadverſione. Eſt etiam Latinis cenſura punitio. *Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.*

Τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι) Iulianus Miſopogône, αἰσχρὸν εἶναι δοκεῖ νῦν μουσικὴν ἐπιτηδεύειν, nunc turpe videtur tractare artem muſicam. Idem, ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἀπόχρη τὸ σῶμα εἶναι τοιοῦτο, πρὸς δὲ καὶ δίαιτα παγχάλεπος ἐπιτήδευται. Iulianus enim quum eſſet Philoſophus exercuit illam σκληραγωγίαν, ſummaque fuit in victu temperantia. Plato 2. de repub. ὡς δὲ καὶ οἱ ἐπιτηδεύοντες, ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν ἄκοντες αὐτὸ ἐπιτηδεύουσι, μάλιστ' ἂν αἰσθοίμεθα, εἰ τοιόνδε ποιήσαιμεν τῇ διανοίᾳ. quòd verò qui colunt (iuſtitiam) imbecillitate, quia iniuriam inferre non audent, inviti colunt, huic maximè ſentiamus &c. ἐπιτήδευμα ſtudium. Idem Hippia maiore. ἐπειδὴ ἡ Τροία ἥλω λέγει ὁ λόγος, ὅτι Νεοπτόλεμος Νέστορα ἔροιτο ποῖά ἐστι καλὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ ἄν τις ἐπιτηδεύσας νέος ὤν, εὐδοκιμώτατος γένοιτο. ita Hippias magnificè exorſus eſt ſuum ἐπιδεικτικὸν λόγον. & Gorgia. δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρείας, καὶ φύσει δεινῆς, προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις. καλῶ δὲ αὐτοῦ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον, κολακείαν. ταύτης μοι δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιική. videtur mihi, Gorgia, ſtudium eſſe quoddam, non il-

lud

lud quidem artificiosum, sed animi tamen sagacis, & fortis, naturâque sollertis, agere cum hominibus callideque versari: cuius ego caput & summam appello assentationem. huius mihi videtur studij multas quidem & alias esse partes, sed unam præcipuam, quæ est ars condiendorum ciborum. Cic. quarta actione in Verrem, *Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum & insaniam, ut Siculi, latrocinium: ego, quo nomine appellem, nescio: rem vobis proponam.* Idem Philippica 2. *hominem omnium nequissimum, qui non dubitavit vel in foro alea ludere, lege, quæ est de alea condemnatum, qui in integrum restituit, nonne apertissime studium suum ipse profitetur?* alea non est καλὸν ἐπιτήδευμα. Terentius Andria, *Quod plerique omneis faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophiam, horum ille nihil egregiè præter cetera studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.* τούτων οὐδὲν ἐκεῖνος ἐξαιρέτως ἐπιτηδεύων ἔτυχε, πάντα μέντοι ταῦτα μετρίως. ἑλληνίζει γὰρ noster Comicus, iccircò verbum latinum cum accusativo posuit: quod qui Græcè nesciunt, mirantur. sunt igitur ἱπποτροφία, venatio, philosophia καλὰ τῶν νέων ἐπιτηδεύματα. Cicero 5. Tusculana. *& ut illic* liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirentem: sic in vita longè omnibus studiis contemplationem rerum, cognitionemque præstare. est enim ἡ τῶν ὄντων θεωρία καὶ γνῶσις πάντων κάλλιστον ἐπιτήδευμα. at quum Virgilius dicit.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus,

Hæc studia sunt σπουδαὶ, ut *partium studia* apud Sallustium

luſtium. & quod in Epiſtolis ſcribimus, *Omni officio ac ſtudio*, hoc Græce eſt πάσῃ ὑπουργίᾳ τῇ καὶ προθυμίᾳ. nam neq; officium hic τὸ καθῆκον. ſtudium ergò latinis tria declarat, ἐπιτήδευμα, σπουδὴν, προθυμίαν. Sed quum nos aliquem abſolutè dicimus, nimis ſtudere, aut bene ſtudere, latinè quidem dicimus opinor, ſed hoc, quicquid dicimus, Græcè eſt nec ἐπιτηδεύειν, nec σπουδάζειν, nec προθυμεῖσθαι, ſed φροντίζειν: & quem nos ſtudioſum, illi φροντιστικὸν, ſeu πεφροντισμένον. unde Collegia φροντιστήρια. Ariſtophanes Nebulis ἄνοιγ' ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον, aperi, aperi quantum potes, gymnaſium. hoc quidam dicit fores pultans ædium Socratis. eſt igitur ἐπιτήδευμα vitæ genus, quo quis delectatur, & ducitur: & quod facit conſuetudo iucundum. Cicero de Iſocrate & Ariſtotele, *Quorum uterque ſuo ſtudio delectatus contemſit alterum.* ὧν ἑκάτερος χαίρων τῷ ἑαυτοῦ ἐπιτηδεύματι, κατεφρόνησε τοῦ ἑτέρου. fit enim ἀπὸ τοῦ ἡδὺς, interpoſito τ teſte Etymologo. hinc ἐπιτήδειοι neceſſarii ſive amici. γλυκὺ γὰρ ἀνδρὸς εἰς ὄμματ' εὐνοοῦς βλέπειν, inquit Euripides, dulce vel vultum viri benevolentis tueri. quod ἔτυμον mirificè confirmat duorum comparatio locorum Thucididis lib. 5. qui ferè ſunt eâdem paginâ. Argivi legatos Lacedæmona miſérunt, οἳ ἐδόκουν προσφιλέστατοι αὐτοῖς εἶναι, qui illis cariſſimi videbantur, & iucundiſſimi. at paullò póſt de Lacedæmoniorum legatione ad Athenienſeis, ἀφίκοντο δὲ καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεις κατὰ τάχος, δοκοῦντες ἐπιτήδειοι εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις. idem eſt igitur ἐπιτήδειος καὶ προσφιλής.

ab

ab eodem argumento τὰ ἐπιτήδεια dicuntur, uti diximus, omnia ad vitam degendam accommodata, τὰ πρόσφορα τῇ φύσει, *queis humana sibi doleat natura negatis*, ut inquit Horatius. Theophrastus ἠθικοῖς χαρακτῆρσιν, ὁ μικρολόγος τοιοῦτός ἐστιν οἷος οἰκέτου χύτραν, ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. Sordidé parcus is eſt, qui, ſi famulus ollam, aut patinam fregerit, de eius demenſo tantum detrahat, quanti erat, quod fractum eſt, ut optimus Cauſabonus interpretatur. & quoniam omnia perſequimur, reliqua adiungamus. ἐπίτηδες καὶ ἐξεπίτηδες adverbium, ſtudiosè, datâ operâ, de induſtriâ. Thucid. lib.4. καὶ γὰρ τοὺς Μεσσηνίους πρώτους ἐπίτηδες ὁ Δημοσθένης προὔταξε, Meſſenios de induſtria Demoſthenes in prima acie collocavit. Sed illud Homeri Iliad. α.

Νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν·
Ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν,

Dictum eſt ὀξυτόνως, ut vult Euſtathius, ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδεῖς per ſyncopen, id eſt, ἐπιτηδείους, καὶ προσφόρους. vult enim navem deduci in mare: remiges legi idoneos. apud *Hieremiam*. מפני רוע מעלליהם 70 ἀπὸ τῆς πονηρίας τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. Latinus adinventiones: nonnunquam ſtudia. verbum Hebræum, quo nomen illud deducitur עלל ſignificat factitare. hoc autem quiſque agit libenter, & factitat, καὶ τούτῳ μέρος τὸ πλεῖστον ἡμέρας νέμει, ut ait Euripides, quod cum voluptate, & quadam delectatione agit. & hoc improbum eſt, ἥδεσθαι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ ἄχθεσθαι: nec ulla res, inquit Philoſophus, tam indicat τὴν ἕξιν, quam ἡδονὴ καὶ λύπη. verſus eſt pervagatiſſimus, qui vetat, *Artem pudere proloqui*

loqui, quam factitas: αἰσχύνεσθαι τὴν τέχνην ὁμολογεῖν, ἣν ἐπιτηδεύεις. Polybius lib. 6. συμφθειρομένων πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τεχνῶν, simul corruptis omnibus studiis atque artibus honestis. hæc duo distinxit. Sed bonas arteis Sallustius appellat τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα. Coniurat. Cat. *Nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum est: verum ubi pro labore desidia, pro continentia, & æquitate libido atque superbia invasere: fortuna simul cum moribus immutatur.* Labor desidia, continentia, æquitas, quas appellavit artes, sunt ἐπιτηδεύματα. & mox, *nam pro pudore*, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigebant. quæ tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. ὑπεραπολογεῖται τῆς μοιχείας, ob quam loris cæsus est. *insolens malarum artium*, ἀηθὴς τῶν μὴ καλῶν ἐπιτηδευμάτων: quorum tria enumeravit, ὥσπερ καὶ τῶν καλῶν. Δικαστηρίῳ τῷ ἐξ ἀρείου πάγου) πρὸς διαστολήν. erant enim alia multa Athenis fora, ut Palladium, Delphinium, τὸ ἐπὶ πρυτανείῳ, τὸ ἐν φρεαττοῖ, de quibus Demosthenes contra Aristocratem. Pausanias Atticis, ἔστι δὲ ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιρρόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ᾽ ὅτῳ κτείνειε. κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρὸς: quòd Mars primus hic caussam dixit, qui Halirrhothium filium Neptuni interfecerat, feruntque ibi posteá Orestem caussam dixisse de cæde Matris. Demost. contra Aristocratem, ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ θεοὶ δίκας φόνου καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἠξίωσαν, καὶ δικασταὶ γενέσθαι

διενεχ-

διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις, ὡς λόγος. λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν ὑπὲρ Ἁλιρροθίου τοῦ υἱοῦ παρὰ Ἄρεως: δικάσαι δ' Εὐμενίσι καὶ Ὀρέστῃ οἱ δώδεκα θεοί: in solo hoc foro, Dij iudicia cædis dare atque accipere dignati sunt, (id est, ipsi subire atque ab aliis repetere) & iudices sibi invicem esse discordantibus, ut fama fert. Neptunus quidem à Marte accipere, pro Halirrhothio filio suo. Duodecim autem deos disceptatores fuisse Eumenidibus, atque Oresti. De dignitate autem huius fori, atque auctoritate idem ibidem hæc habet, τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον οὐχὶ τύραννος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ δημοκρατία τὰς φονικὰς δίκας ἀφελέσθαι τετόλμηκεν, ἀλλὰ πάντες ἀσθενέστερον ἂν τὸ δίκαιον εὑρεῖν ἡγοῦντο περὶ τούτων αὐτοὶ, τοῦ παρὰ τούτοις εὑρημένου δικαίου. huic foro soli non Tyrannus, non paucorum potestas, non Popularis status, iudicia de cædibus auferre ausus est: sed omnes ius imbecillius de his ipsos se inventuros arbitrabantur, quám quod apud illos inventum erat. item illud, ἐνταυθοῖ μόνον οὐδεὶς πώποτε, οὔτε φεύγων ἁλοὺς οὔτε διώκων ἡττηθεὶς, ἐξήλεγξεν ὡς ἀδίκως ἐδικάσθη τὰ κριθέντα. hic solùm nullus unquam, neque reus condemnatus, neque accusator deiectus, convincere valuit iniustè fuisse res iudicatas. non dicit, nunquam ab hoc foro provocationem factam fuisse (nam id potuit contigisse) sed etiamsi aliquando facta est ἔφεσις εἰς τὸν δῆμον, ἢ εἰς ἄλλο δικαστήριον, nunquam tamen sententiam horum iudicum pronunciatam, potuisse rescindi: quod indicat summam fuisse gravitatem huius sanctissimi consilij. Nec magis ἀποσεμνύνει τὸ δικαστήριον τοῦτο Demosthenes, quàm alij Rhetores. Dinarchus

chus contra Demosthenem de eodem foro. τὸ μὲν γὰρ συνέδριον τὸ πρότερον δοκοῦν εἶναι πιστὸν, σὺ καταλύεις, ὁ δημοτικὸς εἶναι φάσκων: ᾧ τὴν τῶν σωμάτων φυλακὴν ὁ δῆμος παρακαταθήκην ἔδωκεν: ᾧ τὴν πολιτείαν, καὶ τὴν δημοκρατίαν πολλάκις ἐγκεχείρικεν. hoc enim consilium, quod antè visum est fidele, tu labefactas, qui te popularem prædicas: cui populus capita civium custodienda tanquam depositum dedit: cui rempub. ac populi imperium sæpe in manus tradidit. Noster etiam Lysias magnam híc ei tribuit dignitatem, quod dicit αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ, huic ipsi foro. denique omneis Rhetores huius fori laudes celebrant: sed non necesse est nunc omnia colligere. Augustinus de Civitate Dei. lib. 18. cap. 10. *M. Varro vult inde accepisse nomen, quòd Mars, qui Græcè ἄρης dicitur, quum homicidij crimine reus fieret, iudicantibus duodecim Dis in eo pago, sex sententiis absolutus est: quia ubi paris numeri sententiæ fuissent, præponi absolutio damnationi solebat.* ex quo intelligi potest quàm Græcarum fuit ignarus literarum magnus ille Doctor: non solum quòd à Varrone huius rei auctoritatem repetit: verum etiam quòd ἄρειον πάγον Martis Pagum interpretatur: quem errorem mox refellemus. Sed fueritne huius consilij tanta auctoritas ante Solonem, Plutarchus in ambiguo relinquit. eos autem in hoc consilium lêgit Solon, qui functi fuerant annuis Magistratibus. quare & ipse erat Areopagita. Idem quum populum ære alieno liberatum, nimis effrenem, & insolentem vidêret, alterum addidit Senatũ,

lectis

lectis è quaque tribu centum viris, quotquot annis, qui suâ prudentiâ populi temeritatem regerent, & impetus refrænarent. tum autem erant quatuor tantùm tribus. Postea Clisthenes auctâ civitate, addidit sex alias: instituitque ut è singulis legerentur in hunc Senatum quinquaginta. atque hæc est ἡ τῶν πεντακοσίων βουλὴ, sic dicta πρὸς διαστολὴν τῆς ἐξ ἀρείου πάγου. decies enim quinquaginta quingentos efficiunt: decem autem erant tribus. hoc autem secundum consilium ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φυλακὴν τῶν νόμων ἐκάθισεν, οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς, ὥσπερ ἀγκύραις, ὁρμοῦσαν ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀτρεμοῦντα τὸν δῆμον παρέξειν. inspectorem omnium, legumque custodem constituit, ratus duobus in consiliis tanquam anchoris retentam, minus in salo civitatem fore, & magis in tranquillo populum præstituram. ἐπὶ δυσὶν ἀγκύραις ὁρμεῖν proverbium. Demost. contra Dionysodorum, μηδ' ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν αὐτοὺς ἐᾶτε, ἂν μὲν κατορθώσωσι, τὰ ἀλλότρια ἕξοντας, ἂν δὲ μὴ δυνῶνται ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς, αὐτὰ τὰ ὀφειλόμενα ἀποδώσοντας. Neque in duabus ancoris fluctuare eos sinite, si iudicio vicerint, aliena habituros, sin vos decipere non possint, ea, quæ debentur, solummodò reddituros. Pindarus Olymp. ἀγαθαὶ δὲ πέλονται ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι δὺ ἀγκύραι. bonum est, ut habeas procellosa nocte, quę celeri de navi iaciãtur, binas ancoras: bonũ est ut habeas neruos duos ad arcũ unum. Indocti sunt, qui interpretãtur ἄρειον πάγον Martium vicum, aut pagum. quasi idem sit πάγος Græcum, & Pagus Latinum. quod non est ita. πάγος enim collis. Aesculus Prometheo,

ἄκοντα

ἄκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ:

Invitus invitum te clavis insolubilibus affigam huic colli ab hominibus averso. Caucasum, cui affixus erat Prometheus, πάγον appellat: quem antè φάραγγα δυσχείμερον, καὶ πέτραν ὑψηλόκρημνον vocaverat. Eustathius, πάγοι πετρώδεις ἐξοχαὶ, ἢ εἰς ὕψος ἀνέχουσαι ὀξεῖαι πέτραι. saxosæ eminentiæ, aut in altitudinem erectæ rupes asperæ. Cæsar, *erant circum castra Pompeii permulti atq; asperi colles. hij sunt* πάγοι. Lycophron.

ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι Φηγίου πάγον
κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο Πηγάσου πτεροῖς.

Iam Fagutale Aurora promontorium
Citis supervolabat alis Pegasi.

Quia insigniores sunt hii versus, ut omnia huius auctoris, latinè etiam versibus expressi. idem in ceteris non fecimus, non quia laborem fugimus (labor enim voluptate pensaretur, & fructu) sed quòd iuventuti consuluimus, omnia, quæ sunt in Græcis, quàm possumus, accuratissimè exprimere conamur: quod vix, aut ne vix quidem in versu fieri potest. Pegasi pinnas affingit auroræ, propter adventum celerem, & rapidissimam cœli vertiginem. & est Pegasus Auroræ filius, ut Græcorum habent commentarii. itaq; eum Memnonis Vnigenam Catullus vocavit: ut Dianam Phœbi unigenam. Vnigenæ sunt duo fratres, aut sorores Catullo. Psal, 139. *Assumam pinnas auroræ, & commorabor in ultimo maris*. & Psalm. 18. deum advehi facit *super alas venti*; propter velocem iudiciorum executionem. & sunt sanè tam in Psalmis, quàm aliis sacris Poematis, multi poetarum δι-

δυσεμβώδεις τρόποι. qui unicum habet fratrem aut sororẽ, cum unigenã appellat. sed hęc παρέργως. Est igitur locus vrbis excelsior, in quo illi iudices considebãt. & malè nostri interpretãtur actorũ 17. Martiũ vicum, Augustinus Pagum. quid est .n. Pagus latinis? certè quod Græcis κώμη. unde pagani, qui non sunt milites, nec militari sacramento adacti: sic dicti, ni fallor, quòd rustici sunt, atq; in vicis habitãt: quũ milites sint, plerumq; in opidis, atq; intra mœnia: nàm inde opidũ dictum, ut Varro testatur, *quod opere muniebant mœnia, quò munitiùs essent*. Idẽ, *Maximum ædificiũ est opidũ ab ope dictum, quòd muniatur opis caussã, ubi sint: & quod opus est ad vitam gerendã, ubi habitent tutò*. alii censent ex eo Paganos vocari, quod scribebantur olim milites ex iuventute vrbana: rarò autẽ ex tribubus rusticis. quod quàm sit verum nescio: certè robustiores erant rustici, civesq; meliores. sed quicquid hîc sit verissimũ, non admodũ refert. est igitur Paganus ὁ ἀστράτευτος, non qui militiam subterfugit, quum videatur idoneus, sed qui militiæ vacationem habet. quod tametsi ignominiosum nõ erat, honore tamen carebat: & hii homines multis erant contumeliis expositi. Iuvenal. Satyr. 6.

---- citius falsum producere testem
Contra paganum possis, quàm vera loquentem.

Dicit neminẽ contra militem testimonium temerè dicturum, quòd alii favent, alii metuunt. at omnes contra Paganum: quia oportunus est omniũ iniuriis, & εὐκαταφρόνητος. denique illâ Satyrâ militiã laudat.

Præmia nunc alia atque alia emolumenta notemus
Sacramentorum. -- Inde se Persius Semipaganũ vocat

vocat. Tertull. de Corona militis, *Apud hunc tã miles est Paganus fidelis, quam Paganus est miles infidelis.* nec mirum. quũ deus potius eligat τὰ ἄτιμα τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενωμένα. non enim paupertatẽ, aut divitias, non honorem, aut humilitatẽ, non meliorem conditionem aut deteriorem respicit, sed fidem ex corde puro: quæ sola est apud Deum magni pretii. sed tamen ille Tertulliani locus ostendit, contemptos fuisse paganos: magnũ autem honorem habitũ militibus. quamvis .n. Paganus, inquit sit sine honore in mundo, & fæx populi, tamen si est idem fidelis, & vir bonus, tam Deo probatur, quàm si centêna stipendia fecisset. contrà si miles sit vir fortissimus, & mille hostes in acie prostraverit, mille servatis civibus, totidem coronas civicas meruerit, tamen si cum suâ virtute, & rebus magnificè gestis sit infidelis, & summo imperatori perfidus, idem est coram Deo nullius meriti, & quovis pagano contemtior. Hinc dictos puto Paganos, qui Christiani non erant. omneis enim Christiani militiam quandam obeunt, sine ullius ætatis excusatione: & Baptismus est quasi sacramentũ militare, quo fidẽ Christo tanquã imperatori damus, atq; in eius verba iuramus. non igitur Pagus Latinũ à Græco πάγος. nam si *Festo* credimus, (cui plurimũ fidei tribuendũ est in his rebus) *Pagi dicti à fontibus, quòd eâdem aquâ uterentur, fontes enim Doricâ linguâ παγαὶ appellantur.* Eustathius auctor est Corinthũ inter cætera nomina olim πάγον dictũ fuisse. verisimile est & colles dici πάγους ἀπὸ τῶν πηγῶν, & ubertate aquarũ, quę etiã in mõtibus gignũtur si philosopho fides est habenda. unde *Hom.* πολυπίδακος Ἴδης,

Civica corona dabatur ijs qui in acie civẽ servaverãt l lin.

multis fontibus abundans. Suidas,

αὔλια, καὶ νυμφῶν ἱερὸς πάγος, αἵ θ' ὑπὸ πέτρῃ
πίδακες, ἥ θ' ὕδασι γειτονέουσα πίτυς.

Stabula, & nympharum ſacer collis, quique ſub rupe ſunt fontes, & aquis vicina pinus. ſed πάγος & παγετὸς pruina ἀπὸ τοῦ πήγνυμαι concreſco. Aelianus de Animalibus lib. 12. cap. 17. εἰ δ' εἴη πάγος, καὶ βορέας καταπνέοι, συμπέπηγε μὲν τὸ ἔμβρυον: δυσκίνητον δέ ἐστι, καὶ οὐ ταράττεται ὡς ὑπὸ κλύδωνος. quod ſi ſit frigus aſtringens, cum aquilone vento, concreſcit quidem, & contrahitur fœtus in utero, non autem facile pellitur, nec agitatur à fluctu. reddit rationē ex Democrito, cur plureis fiant abortus æſtate, quam hieme, auſtralibus locis, quam ſeptentrionalibus. ἐν κρυμῷ μὲν γάρ φησιν ὁ Ἀβδηρίτης συμμένειν. ἐν ἀλέᾳ δὲ ὡς τὰ πολλὰ ἐκπίπτειν, in frigore enim ait Abderites fœtum manere, in calore autem excidit. Heſychius, πάγος, ὄχθος, βουνός, ψύχος. apud Suidam tamen legimus, πάγον εὐτειχῆ, ἐν ὄρει τετειχισμένον. at pagi Latinis ſunt ἀτείχιστοι, quos Hebr. vocant פרזים opinor quod facilem habent aditum, atq; irruptionem, ἀπὸ τοῦ פרז vel quòd in eis diſperſi, palatique habitant ἀπὸ τοῦ פזר per metatheſin. hæc τῆς φιλολογίας ἐχόμενα, volui inſerere, ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῷ καλῷ Λυσίᾳ. quid enim habet Lyſias, quod nos tam diu morari potuit?

ὡς καὶ πάτριόν ἐστι, καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν) Solonis lex apud Demoſt. contra Ariſtocr. δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς. Indicato Senatus, qui eſt in Arêo Pago, cędis, & vul-

neris illati cogitatò: item incendii, & veneficiorum, si quis quem dato veneno interfecerit. erant Areopagitæ & plurium criminum cognitores, non enim totam legem recitat. sed hęc caussa de cæde Eratosthenis, quæ nunc agitur à nobis, in hoc foro non agebatur. ad Delphinum enim pertinebat. Dem. contra Arist. τρίτον δὲ ἕτερον πρὸς τούτοις δικαστήριον, ὃ πάντων ἁγιώτατα τούτων ἔχει, καὶ φρικωδέστατα, ἄν τις ὁμολογῇ μὲν κτεῖναι, ἐννόμως δὲ φῇ δεδρακέναι: τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. est & aliud tertium præter hæc, forum, quod sanctissimum est horum omnium, & præ ceteris horribile, si quis se occidisse fateatur, sed simul dicat se iure fecisse. & hoc est illud, quod in Delphinio est. potest enim esse etiam pia cædes, ὅσιος φόνος, ut Plato disputat in Euthyphrone. Euphiletus autem & fatetur facinus, & ius habet validissimum, quo se defēdat. lege enim scriptâ se tuetur. at interfecit illū ἐκ προνοίας. domi suæ enim eius operiebatur adventū. quod genus ad cognitionem Areopagitarum pertinuit. at non domum per insidias adduxit, sed ipse se quasi in foveam præcipitavit imprudens. nec eius vitā petebat, sed suam contumeliā, & dolorē vlcisci voluit. illud autem in lege Solonis ἐκ προνοίας, iureconsulti nostri vocant, *of prepensed malice*: quo φόνον ἑκούσιον definiunt, i. *wilfull murder*. itaq; & nos τὸ ἐκ προνοίας vertimus cogitatò. *Penser* enim cogitare illorū idiomate: volunt enim, ut in hoc sit genere, diu antè meditatum esse facinus, & cogitatum. neque hoc satis, sed odium debet etiā præcessisse diuturnū. itaque in lege Mosis quæritur, an illum retrò oderat. quanquā φόνος ἑκούσιος, cædes voluntaria non est, ut

nos loquimur, *willfull murder*, hunc enim negari nō
potest sponte & libenter interfecisse adulterum, *but
yet not wilfully*. noluit enim hanc interficiendi caus-
sam fuisse: noluit Eratosthenem eam iniuriam sibi
fecisse, quam nemo ferret. sed quoniam facta est,
cogebatur quodammodo, pœnas sui doloris ab illo
repetere, & vti legis beneficio. hoc *wilfull* igitur
quomodo vel Grȩci, vel Latini appellant, si tot eorū
volumina evolvas, nusquam, opinor, reperies. quid?
quod nullum est apud eos vocabulum, quo *murder*
significent? φόνος enim cædes, ἀνδροφονία homicidi-
um, *manslaughter*. quod genus nostri tum esse di-
cunt, quum quis nullo odio præcedente, vel ex iur-
gio, vel ex conviciis, vel irâ, aut ebrietate, aut aliqua
perturbatione incitatus hominem occiderit. hic
nobis nonne multo iustius, quám illi, licet excla-
mare, O inops aliquando Græcia verborum, qui-
bus te putas abundare? res tamen ipsas melius illi di-
stingunt, & diligentius quãm nos. habebant enim
ferè singulis generibus cȩdis, singula iudiciorum ge-
nera. ut duo hæc de quibus iam diximus. quod si quis
invitus, & contra voluntatem hominem occiderat
per imprudentiam, aut aliquo casu, μηδεμιᾶς προϋ-
παρχούσης ἔχθρας. ἢ δίκης προφάσεως, erat forum consti-
tutum, quod ἐπὶ Παλλαδίῳ vocabant, ubi illum caus-
sam dicere oportebat, & si videbatur cædem fu-
isse ἀκούσιον, insons quidem habitus est, sed tamen
pœna quædam sequebatur. Dem. in illa quam cita-
vimus, ἂν δ' ἁλῷ καὶ δοκῇ τοὔργον εἰργάσθαι, οὐθ' ὁ διώκων
τοῦ δεδρακότος κύριος, οὔτ' ἄλλος οὐδείς, πλὴν ὁ νόμος.
quod si damnatus fuerit, & visus, facinus admisisse,
neque

neque in eius erat, qui persequebatur, neque in alius cuiuspiam, nisi in legis potestate. quid igitur lex iubet? *τὸν ἁλόντα ἐπ᾽ ἀκουσίῳ φόνῳ, ἔν τισιν ὡρισμένοις χρόνοις ἀπελθεῖν τακτὴν ὁδὸν. καὶ φεύγειν ἕως ἂν αἰδέσηταί τις τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος.* damnatum cædis non voluntariæ, certis temporibus abscedere certam viam, & solum vertere, usque dum aliquis propinquorum interfecti placatus fuerit, & veniam det, atque illum in patriam redire patiatur. hoc est enim *αἰδεῖσθαι*, supplicibus veniam dare, & ignoscere errorem confitentibus. *αἴδεσις* est, inquit Budæus, *Venia, & misericordia, & personæ periclitantis respectus, & tuitio, ultionis animadversionisque remissio.* Virg. lib. 2.

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo: sed iura fidemque
Supplicis erubuit, corpusque exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum.

Erubuit *ᾐδέσθη*. vide quanti est Græcam linguam intelligere: & quis Græculus non putat se intelligere quid sit *αἰδεῖσθαι*. Apud Hebræos non patriam quidem fugiebant, qui cædes eiusmodi fecissent, sed, quod idem erat, in ciuitates quasdam se recipiebant, huic rei destinatas, vbi erant tutô, donec ira vindicis, quem illi vocant *Goel*, placari videretur, id est, *ἕως ὁ διώκων ᾐδέσθη*. hoc autem eò comparatum est, ne cædes alia ex alia nasceretur, atq; infinita existerent homicidia, vt Eurip. docet Oreste. Sed cur he leges nunc nusquã gentium? quia nunc homines Christi disciplinâ mansuetiores facti, & iã olim

didicêrunt, id non imputare cuiquam, quod fortè temerè factum est. Christus enim venit, qui iustitiam & iudicium in terrâ statueret. vt verè vates ille de temporibus hisce vltimis; vt vocat scriptura, videatur vaticinatus.

Aspera tum positis mitescent secula bellis.

Quare non opus erat antiquum servare morem. at illi veteres, qui exilia, & pœnas tam graveis constituebant innoxiis, si nunc viverent, & viderent tot cædes, tam frequentes levissimis de caussis digladiationes: & inter homines nobiles ac generosos tam capitales, & avitas simultates, quid facerent? nonne aliquid huic malo remedium prospicerent? & leges suas antiquatas, aut his etiam acerbiores, si fieri posset, secum ab inferis excitarent? scio nobis non deesse leges: sed quæ parum valent, τοὺς ἰσχυροὺς τέλεσι καὶ δυνατοὺς continere. nunc hominem occidisse ludibrio est. sed de his alias. apud Athenienses autem erat quartum forum, quod appellabant τὸ ἐπὶ πρυτανείῳ: hic si lapis aut lignum, aut ferrum, aut aliquid eiusmodi incidens percusserat, & qui iecerat quidem, quis ignorabat: illud autem sciebat, & tenebat, quod cædem fecerat. hic inquam res illa inanima iudicium sustinebat, & rea peracta est: quod in lege illâ Mosaica ferè simili modo constitutum videmus. εἰ τοίνυν τῶν ἀψύχων, καὶ μὴ μετεχόντων τοῦ φρονεῖν, οὐδὲν ἐστ' ὅσιον τοιαύτην ἔχον αἰτίαν ἐᾶν ἄκριτον, &c. Si igitur rerum inanimatarum, & quæ non sunt rationis participes, nullam pium est caussam eiusmodi sustinentē, sine iudicio dimittere: homines mentis & cōsilii cōpotes, qui leges sciunt, qui iura intelligūt,

qui

qui nati sunt ad iustitiam, & mansuetudinem colendam, incognitâ caussâ nos impunitos & inultos sinemus? Scio Demosthenem non hoc Enthymema colligere, sed plane contrarium. Ῥητορικὴ γὰρ δυνάμις ἐστ᾽ ἐπ᾽ ἀμφότερα. fuit & quintum δικαστήριον τὸ ἐν φρεαττοῖ: in quo de alio genere cædis ad id delecti iudices cognoscebant. Sed non necesse est nunc omnia. his adde quintum forum, quod sextum est cum illo ἐξ ἀρείου πάγου, quam ἡλιαίαν vocabant, & omnia habes ferè quæ erant Athenis: in quo civium liteis incidebant iudices ἡλιασταὶ. si dictum, quod erat sub divo, & soli expositum.

ὧ καὶ πάτριόν ἐστι, καὶ ἐφ᾽ ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν) πάτριον quod patrio quodam iure atque hæreditario tenetur. Plato Hippia maiore, οὐ γὰρ πάτριον, ὦ Σώκρατες, Λακεδαιμονίοις κινεῖν τοὺς νόμους, οὐδὲ παρὰ τὰ εἰωθότα παιδεύειν τοὺς υἱεῖς. non enim mos patrius est Lacedæmoniis mutare leges suas, neque præter consuetudinem instituere liberos. subiicit Socrates, πῶς λέγεις; Λακεδαιμονίοις οὐ πάτριον ὀρθῶς πράττειν, ἀλλ᾽ ἐξαμαρτάνειν; Cicero .i. Tusc. *Hac pulchritudo etiam in terris patriam illam & avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitavit.* illud autem καὶ ἐφ᾽ ὑμῶν ἀποδέδοται, sic accipiendum est, ut mihi videtur: per aliquod tempus hoc ius ademtum fuisse Areopagitis, ut de cædibus cognoscerent, deinde eorum memoriâ, qui viverent, redditum: quod contigisse arbitror ἐπὶ τῶν τριάκοντα. quanquam Demosthenes, ut supra demonstravimus, negat ullũ tyrannũ, aut paucorũ potestatẽ imminuisse auctoritatẽ huius cõsilij. vel hinc

autem

autem liquet non in Aréopago, quod anteà monuimus, peractum fuiſſe hoc iudicium. hic enim perſpicuè diſtinguit illos iudices, apud quos acta eſt hæc cauſa, ab Areopagitis: & ſi Areopagitæ hanc rem iudicaſſent, non dixiſſet αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ ἀρείου πάγου, ſed αὐτῷ τούτῳ. τὸ ἐφ' ὑμῖν autem dixit ἀντὶ τοῦ ἐφ' ὑμῶν, ſicuti dicimus ἐπ' ἐμοῦ, meâ memoriâ. Iſocrates Nicole. ἔτι δ' οἱ μὲν πρὸς ἀλλήλους δυσμενῶς ἔχουσι, καὶ βούλοιντ' ἂν καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἄρχοντας, καὶ τοὺς ἐφ' ἑαυτοῖς, ὡς χείριστα διοικῆσαι τὴν πόλιν, ἵν' ὡς μεγίστην δόξαν αὐτοὶ λαμβάνωσι. præterea ſibi infeſti ſunt invicem, vellentque eos, & qui ante ſe erant, & qui ſuo tempore ſunt, magiſtratus, quàm peſſimè rempub. adminiſtrare, vt quàm maximam gloriam ipſi capiant. docet autem perpetuos magiſtratus, annuis eſſe anteponendos. ſed genitivus hìc vſitatior. Iulianus. ὃς ἐτόλμησεν Ἑλληνίδας ἐπ' ἐμοῦ γυναῖκας τῶν ἐπισήμων βαπτίσαι: de Athanaſio. Idem, εὐτύχημα γέγονεν ὑμῖν ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, ἐπ' ἐμοῦ πλημμελῆσαι τοιοῦτόν τι, felicitati vobis ſfuit, me imperante peccaſſe aliquid eiuſmodi. nam alio quovis tenente imperium, non ita impunè tuliſſetis: quo ſuam clementiam laudari voluit. Homer. ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων, patrum memoriâ. &, τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, pacis tempore, quum nondum Græci Ilium obſiderent. addit enim, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν. Chryſoſtomus; ἐπὶ παλαιᾶς διαθήκης, ſub veteri Teſtamento. Sic ἐπὶ κρόνου, regnante Saturno. Dionyſius Halic. Ἰταλία δὲ ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθη, ἐπ' ἀνδρὸς δυναστοῦ, ὄνομα Ἰταλοῦ. non dicit cognominatam fuiſſe Italiam de viro potente: dicendum enim eſſet ἐπ' ἀνδρὶ δυνα-

τῶν. Lucæ 3. ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα, καὶ Καϊάφα. Sic Demosthenes, ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου: ad quod perquam facetè Lucianus alludit Iudicio vocalium. sic enim orditur, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου: qui princeps est Grammaticorum: vt Athenienseis annalibus suis memorant, quo sub Archonte res quæque gesta sit. Aristoteles lib. 1. de generatione animalium cap. 18. καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς γεννᾷ ἐπὶ τῆς φιλότητος, λέγων, ἡ μὲν πολλαὶ κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν, εἶθ' οὕτω συμφύεσθαί φησι. fingit enim Empedocles Lite regnante ἀκοσμίαν πάντων πραγμάτων. deinde dominante Concordia suam cuique rei formam contigisse. nam sub discordiâ, inquit, multa nascebantur capita absque cervicibus. Iobi 38. ἐπὶ σοῦ συντέτακται φέγγος πρώϊνον; Heb. מימיך â diebus tuis, id est, ex quo natus es. & hæc quidem omnia tempus notant. Sed est vsus etiam huius præpositionis, qua locus significatur, de personis etiam eodem casu: vt ἐπ' ἐμοῦ coram me iudice. Aelianus lib. 3. de Animalibus cap. 42. καὶ στερόμενος δὲ ἐπὶ μαρτύρων ἄχθεται, si coram testibus, aut arbitris, cibum capit. ægrè fert, itaque secedit, & latens in occulto comedit. de Porphyrione. Actorum 26. μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον coram te. & 25. ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστὼς εἰμί, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι. ad Cæsaris Tribunal. 1. ad Cor. cap. 6. τολμᾷ τις ὑμῶν πρᾶγμα ἔχων πρὸς ἕτερον κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων. Sed hic quoque nonnunquam dativum invenies. Dem. contra Dionysodorum, ὡς ἐπιτίμων ὄντων κεῖσθαι, εἴτε βούλοιντο ἐφ' ἑνί, εἴτε καὶ πλείοσι τὴν ἐκ τοῦ ἐμπορίου. Galen. lib. 1. de Methodo medendi, μὴ τοὺς ὁμοτέχνους τῶν παρὰ σοῦ κριτὰς

καθίσης,

καθίσῃς, ἰατρῶν τολμηρότατε Θέσσαλε. νικήσεις γὰρ ἐπ' αὐτοῖς καὶ καθ' Ἱπποκράτους λέγων. noli iudices, qui sedeant, dare eiusdē artificij cum patre tuo, medicorum confidentissime Thessale. vinces enim illis iudicibus, vel si contra Hippocratem dicas. at Plato lib. 11. legum, de redhibitione loquens mancipij morbo commitiali laborantis, διαδικαζέσθω δὲ ἐν τισι τῶν ἰατρῶν, οὓς ἂν κοινῇ προβαλλόμενοι ἕλωνται, litem diri-mant coram quibusdam medicis quos communiter elegerint. Dem. κατὰ Ὀνήτορος, τὸν μὲν γὰρ οἰόμενος δεῖν ἐν τοῖς φίλοις διαδικάσασθαι τὰ πρὸς ἐμέ, καὶ μὴ λαβεῖν ὑμῶν πεῖραν, οὐχ οἷός τ' ἐγενόμην πεῖσαι, quum, rectū esse existimarem, vt hic præsentibus amicis, disceptaret omnes quas mecū habet controversias, nec periculum vestri faceret, non potui persuadere. Sic apud Paulum, εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων. Sed hic frequentior, & legitimus vsus est patrij casus. Lucianus ἀναβιοῦσι, denuntiavit Philosophis venire in arcem, vt caussam dicerent ἐπὶ ἀρετῆς καὶ φιλοσοφίας, disceptatrice virtute, ac Philosophia. Idem, γράψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, diem tibi dicam legis violatæ nomine coram illo iudice.

Τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου) communior est vsus mutatis casibus, τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνον, vt doctissimus Budæus observat: qui idcirco locum hunc, vt notabilem in Comentarium retulit. sed hic vsus magis est Latinorum: vt quum dicimus Damnare aliquem furti, aut alligare furti: quod est apud Herodotum, καταδικῆσαι τῆς κλοπῆς. cui contrarium Absolvere. Græci contrà secundum casum personæ tribuunt:

buunt: quartum rei. Ariſtophanes, οὗτος κατεγνὼς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους, hic deſpectis ſenis moribus. declarat enim præiudicium, quo magis confidenter aggreſſus eſt ſenem illum. Libanius ὁ μὲν οὖν δῆμος κατέγνωκε τοῦ μειδίου τὴν ἀσέβειαν, populus ergò impietatis Midiam condemnavit. ſic dicimus καταγινώσκω σοῦ πολλὴν εὐήθειαν, ἢ μεγάλην ἀβελτηρίαν, inſignis ſtultitiæ te cenſeo damnádum. Cicero. i. Catilinaria, *Iam meipſum inertiæ, nequitiaq́ condemno,* πολλὴν ἐμαυτοῦ καταγινώσκω ῥαθυμίαν, καὶ ῥᾳδιουργίαν. Chriſoſtomus ad populum Antiochenum, οὐκ ἐπειδὴ κατέγνων ὑμῶν ῥαθυμίαν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ πλέον κατορθωθὲν ὑμῖν ἔγνων, non quòd vos inertiæ condemnavi, ſed quia maximam partem iam à vobis perfectam eſſe cognovi. Simile eſt illud Iuliani apud Sozomenum, ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων: de libello, quem ei Chriſtianus quidam exhibuit, qui videbatur accuratè compoſitus. dicit enim ſe & legiſſe illum librũ, & penitus cognoviſſe, & ſuo iudicio damnaſſe: id eſt, non dignum, qui iterum legeretur, iudicaſſe. ſcitè quidem: ingenium enim huic homini non defuit. Sed non minus ſcitè reſpondit ei Baſilius magnus, vt fertur, ἀνέγνως, ἀλλ᾽ οὐκ ἔγνως: εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. legiſti forſitan, ſed certè non intellexiſti, nam ſi intelligeres, neutiquam condemnares. interim cum duobus caſibus reperies, quorum vterque rem ſignificet. Dem. contra Midiam, εἰ μὴ τοίνυν μὴ χορηγὸς ὢν ταῦτ᾽ ἐπεπόνθειν ὑπὸ μειδίου, ὕβρεως ἄν τις κατέγνω μόνον τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. νῦν δέ μοι δοκεῖ κἂν ἀσέβειαν καταγινώσκῃ τις τὰ προσήκοντα ποιεῖν. ſi non quum Choragus eſſem, has à Midia contumelias accepiſſem,

piſſem, ea quæ fecit, iniuriæ ſolum aliquis damnaret: nunc rectè mihi facere videtur, etiamſi quis impietatis damnaverit. interdum cum vno: Plutarchus Bruto, παντάπασι καταγνοὺς τῶν πραγμάτων, ἔγνω καταλιπεῖν Ἰταλίαν. decrevit reliquere Italiam, quum nihil eſſe ſtatuiſſet in rebus ſuis, quo quiſquam iure confideret. hîc obſervabis τὸ ἔγνω non id ſignificare, quod in illo Chryſoſtomi loco. ſed ab hac ſignificatione eſt verbum de quo nunc agimus. eſt enim γινώσκειν, non ſolum ſcire, ſed & ſciſcere, ſtatuere, decernere, de quo diximus. hinc καταγινώσκω σοῦ ἀμαθίαν, eſt γινώσκω κατὰ σοῦ ἀμαθίαν, vt genitivus regatur à prepoſitione, accuſativus à verbo: & ſit adverbum, cenſeo contra te inſcitiam, id eſt, cenſeo te eſſe ineruditum. ἀντὶ τοῦ ἔγνων hac ſignificatione vtitur Paulus τῷ ἔκεινα. 1. ad Cor. 2. οὐ γὰρ ἔκεινα τοῦ εἰδέναι τὶ ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. & eſt τὸ καταγινώσκειν τὸ κατακρίνειν. Aelianus hoc verbum abſolutè poſuit de eodem Porphyrione, καὶ ἐὰν καταγνῷ μοιχεύεσθαι τῆς οἰκίας τὴν δέσποιναν, ἀπάγχει ἑαυτὸν, & ſi ſtatuerit adulteratam eſſe matremfamilias, ſeipſum ſtrangulat. eſt enim hæc avis, inquit, σοβαρᾶς οἰκίας, καὶ μέγα πλουσίας ἄθυρμα, ſuperbæ domus, & valdè locupletis ludicrum. ζηλότυπος δέ ἐστιν ἰσχυρῶς, καὶ τὰς ὑπάνδρους τῶν γυναικῶν παραφυλάττει. Zelotypus autem eſt admodum, nuptaſque obſervat mulieres. κατάγνωσις damnatoria ſententia, ἡ ψῆφος αἱροῦσα: προκατάγνωσις præiudicium. ὁ προκατεγνωσμένος præiudicio damnatus, de quo omnes iam habent præiudicatam opinionem. noſter Lyſias paullò pòſt vſitatiùs loqui-

loquitur, *τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω.*
Ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβών) hoc il-
lud est, *ἐπ' αὐτοφώρῳ*, de quo diximus. Vlpianus ad
legem Iuliam de adulteriis lib. 2. *Capite quinto legis
Iuliæ ita cavetur, vt viro adulterum in vxore sua de-
prehensum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, re-
tinere horas diurnas, nocturnásve continuas testan-
di eius rei caussâ, sine fraude sua iure liceat.* melius
ergò nos *in vxore*, quàm Stephanus *super vxore*,
quod inverecundius. sed quod in lege est, *quem aut
nolit, aut nõ liceat occidere*, declarat marito licuisse,
si vellet, quosdã homines in vxore deprehensos oc-
cidere, non omneis. quinam erant isti quos li-
cuit? certum enim genus lex notat. audiamus i-
gitur legem aliam Romanorum. *Marito quo-
que adulterum vxoris suæ occidere permittitur,
sed non quemlibet, vt patri.* nam hac lege cave-
tur, vt liceat viro *deprehensum domi suæ, non eti-
am soceri, in adulterio vxoris occidere eum, qui leno
fuerit, quive artem ludicram antè fecerit, quive in sce-
nam saltandi, cantandive caussâ prodierit, iudicióve
publico damnatus, neque in integrum restitutus erit.*
hij sunt, quos lex addixit, & tradidit arbitrio ma-
riti, lenones, histriones, scenicos saltatores, mimos,
omnesque ignominiosos. hij sunt enim *διαβεβλη-
μένα πρόσωπα*, infames personæ, & his lex minimè
favet. Sed pater hac lege maiorem habet occiden-
di potestatem, quàm maritus. ait enim, *sed non quem-
libet, vt patri*. videamus ergò quatenus patria pro-
cedit auctoritas. *Ius occidendi patri conceditur domi
suæ, licet ibi filia non habitat, vel in domo generi.*
hic

hic nullus est *προσδιορισμὸς* personæ, sed tantum loci. quemvis enim licet occidere, at non vbique, sed domi vel suæ, vel generi, & hoc amplius illi licet quàm marito. quæ ratio legis? *Ideo autem patri, non marito remissum est mulierem, & omnem adulterum occidere: quod plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. ceterum mariti calor, & impetus facilè decernentis fuit refrænandus*. ergo lex hanc patri potestatem dedit, qui tamen nollet illum vti. præsumit enim fore, vt paternus animus in filia flectatur, ne sæviat in sua viscera: at maritus est inexorabilis. non enim patri licuit sic mœchum interficere, vt filiæ parceret, sed aut vterque erat interficiendus, aut neuter. Sed cur non vbicunque invenerit, patri permittitur occidere, sed domi vel suæ, vel generi tantum? illa ratio redditur, quia maiorem iniuriam putavit legislator, quod in domum patris, aut mariti ausa fuerit adulterum inducere. & lex ait, *in continenti filiam occidat*. debet enim prope vno ictu, & vno impetu vtrumque occidere æquali irâ adversus vtrumque sumtâ. Ex his liquet virginem denuptam non è patris potestate exiisse, simulatque in manum viri convenerat. Quinetiam maritus non potuit sic adulterum interficere, vt vxorem retineret: sed necesse erat illam dimittere. quod an Euphiletus fecerit incertum est: & puto nō fecisse. neque enim ad hoc eum leges Atheniensiū cogebant. Lex autem illa, qua iure occisus est Eratosthenes hæc erat. non enim recitat Lysias, sed extat apud Demosthenem contra Aristocratem, *Ἐὰν τὶς ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἢ*

ἐν

ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπ' ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν τὸν κτείναντα. Si quis in ludis occiderit invitus, aut in itinere ex insidiis adortus, aut in acie per imprudentiam, aut in coniuge, aut in matre, aut in sorore, aut in pellice, aut si quem in pueris ingenuis tenuerit, horum caussâ ne patriam fugito, qui interfecerit.

Ἐπὶ δάμαρτι λαβὼν) Sophocles Lorario. *αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτεύσας πατὴρ* (sic enim emendat Triclinius pro *φυτεύσας*) *ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν.* ipse autem matre natus es Cressâ: in qua deprehensum adscititium virum, qui te genuit pater, immisit mutis piscibus devorandum. hæc Teucer in iurgio respondet Agamemnoni: mater eius è Creta, cui Aëropæ nomen. *ἐπακτὸς ἀνὴρ* adulter: vt qui secundam ducit vxorem primâ superstite, *ἐπάγεσθαι* dicitur, hoc est superinducere. sunt & *ἐπακτῆρες* venatores: quod etiam his hominibus optimè convenit. Vlpianus lib. I. de Adulteriis. *Quod ait lex (si in filia adulterum deprehendat) non otiosum videtur. voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam deprehendat. Labeo quoq; ita probat. & Pomponius rescripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi. hoc est, quod Solon & Draco dicunt ἐν ἔργῳ.* *λαβὼν* si manifestò tenuerit, *καταφωράσας.* Dem. *δικαστῶν δὲ σωφρόνων, ὃν ἂν λάβωσιν ἀσελγαίνοντα, κολάζειν*: iudicum autem sanorum est, quem ceperint protervientem punire. Dinarchus, *ἐπαυτοφώρῳ χρήματα λαμβάνων εἴληπται. He was taken in the ma-*

ner taking money. Idem, καὶ νῦν εἰλημμένοι δῶρα καθ' ὑμῶν εἰληφότες παρακρούονται ὑμᾶς, & nunc deprehensi dona aduersus vos cepisse, decipiunt vos. Demosthenes de falsa leg. Ἀθηναῖοι λαβόντες τοὺς μὲν χρήματα εἰληφότας, καὶ δῶρα, ἀφίεσαν dimiserunt. Δάμαρ παρὰ τὸ δαμάζεσθαι: Est enim iam non libera & indomita, sed subiugata: vnde nomen coniugij. nam virgines quæ nondum subiêre hoc iugum, dicuntur & sunt ἀδμῆτες. Apollonius, κοῦροι ἀδμῆτές τε κόραι: quod Virgilius reddidit sumtum ab illo, *pueri innuptæq; puellæ*. vel δάμαρ, quæ non amplius est virgo, sed iam subacta atque compressa. nam hoc quoque significat τὸ πρωτότυπον δαμάω ἢ δμάω. Hesiod. Theog. Ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα Κρόνῳ, Rea compressa Saturno Iovem peperit. inde est & δάμαλις, iuvenca, quæ peperit, aut iugum passa est. Eustathius, δάμαρ λέγεται, ὡς αὐτὴ δαμαζομένη τῷ ἀνδρὶ, οὐ μὴν ἀνάπαλιν. ὥστε κυριεύσει αὐτῆς ὁ ἀνήρ, vt viro subacta, & domita, non contra. quare dominabitur ei vir: si poterit. nã quædã indomitæ sunt, & ἀδάμαστοι supra quã ipse adamas, aut ἀγρεία θάλασσα. itaq; nos, opinor, vocamus *Dames*, à Græco quidẽ verbo, sed κατ' ἀντίφρασιν. Sed ita tamẽ vero nomine appellantur ἀπὸ τοῦ δέοντος, non ἀπὸ τοῦ γινομένου, ab eo, quod fieri debet, non ab eo quod solet. debent enim viri suas vxores coercere, sed an possint, ipsi viderint. de nulla enim hoc ego præstabo. Attici, vt vxorem δάμαρτα, sic virum appellant κύριον: quibus nominibus vterque admonetur sui ordinis atque officij. vt in bene morata civitate, sic in modesta familia, non potest esse plus quàm εἷς κοίρανος. Aristophanes equitibus, ἐφ' ἅρματος χρυ-

σὺ διώξεις Σμικύθην καὶ κύριον. Mulieres igitur illorum institutis, & moribus, nihil poterant per se agere, vt diximus, in suis ipsarum negotijs, sed virorum expectabatur auctoritas, & patronum, vel virum, vel propinquum aliquem semper adhibebant. at Val. Maximus scribit Hortensiam Q. Hortent. filiam, per se egisse in foro apud Triumviros, non suam modò caussam, sed etiam communem matronarum omnium, *repræsentatâ patris facundiâ*. Sed hoc vnicum est exemplum primariæ & singularis feminæ: quod imitari periculosum. hunc autem morem Athenienses videntur accepisse à prima antiquitate. Sic enim Abimelech vocat Abrahamum Saræ Dominum Genes. 20. & 1. Pet. Cap. 3. *Sic quondam sanctæ mulieres, quæ sperabant in Deum, ornabant sese* ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς Σάῤῥα ὑπήκουε τῷ Ἀβραὰμ κύριον αὐτὸν καλοῦσα. Eust. δαμᾶν, καὶ δαμάζειν, τὸ ταπεινοῦν, καὶ ὑποτάσσειν, ὅθεν καὶ δμῶες καὶ δμωΐδες, servi & ancillæ παρὰ τὸ δεδμῆσθαι, translatum ἀπὸ κτηνῶν ὑποζυγίων â iumentis subiugalibus, quibus domitis vtimur facilioribus. Sophocles Trachiniis,

> Κόρην γὰρ, οἶμαι δ' οὐκέτ', ἀλλ' ἐζευγμένην,
> Παρεισδέδεγμαι, φόρτον ὥστε ναυτίλος,
> Λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός.

Virginem enim, non iam autem arbitror, sed coniugē, intrò suscepi, vt mercē navicularius, damnosū mercimonium meæ mentis. μοιχὸς παρὰ τὸ μὴ οἰκὸς (sic enim Herodotus semper, quod Attici dicunt ἐοικὸς) δι' ὃν οὐκ ἔοικε τὰ γένη, ait Eustathius, mutatione τοῦ κ. in χ. Hesiodus de florenti illa piorum repub.

Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.

Quod ferè fit vbi non ſunt adulteria. At Aeſchines contrà Cteſiphontem, diſſimileis parentibus monſtra interpretatur. ſic enim ille, καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς, μὴ δὲ γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα, μηδὲ βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι. ſed Ariſtoteles lib 4. de generatione Animalium cap. 3. ait monſtrum eſſe quodãmodo, qui diſſimilis eſt parentibus: ὁ μὴ ἐοικὼς τοῖς γονεῦσιν, ἤδη τρόπον τινὰ τέρας ἐστί. παρεκβέβηκε γὰρ ἡ φύσις ἐν τούτοις ἐκ τοῦ γένους τρόπον τινά. qui alia de cauſſa vult hanc diſſimilitudinem exiſtere, & ſine vlla ſuſpicione adulterij, nimirum ὅταν αἱ κινήσεις αἱ δημιουργοῦσαι λύωνται ἐπὶ τὰς ἔγγυς, ἢ πορρώτερω, tum enim nec patri, nec matri ſimilem eſſe prolem, ſed vel avo, vel maiorum cuipiam, aut tantùm homini: interdum ne homini quidem, quod iam propriè monſtrum habetur. velut in illa muliere, quæ in Elide compreſſa eſt ab Aethiope. οὐ γὰρ ἡ θυγάτηρ ἐγένετο, ἀλλ᾽ ὁ ἐκ ταύτης Αἰθίοψ. ἀποδιδόασι γὰρ διὰ πολλῶν γενεῶν αἱ ὁμοιότητες. Idem 1. de generatione animalium Capit. 18. ἐὰν γὰρ λυθῶσιν αἱ κινήσεις, καὶ ἡ μὲν ἄρρεν, μένῃ. ἡ δὲ τοῦ Σωκράτους, λυθῇ εἰς τὴν τοῦ πατρὸς, ἔσται ἄρρεν τῷ πάππῳ ἐοικὸς, ἢ τῶν ἄλλων τινὶ τῶν ἄνωθεν προγόνων. κρατηθέντος δὲ ἡ ἄρρεν, θῆλυ ἔσται, καὶ ἐοικὸς μάλιστα μὲν τῇ μητρί. ἐὰν δὲ καὶ αὐτὴ λυθῇ ἡ κίνησις, μητρὶ μητρὸς (quam τήθην ante dixerat) ἢ ἄλλῃ τινὶ τῶν ἄνωθεν. Et lib. 4. cap. 3. Nam qui generat non ſolum eſt mas, ſed etiam Coriſcus, aut Socrates, nec ſolum Socrates, ſed etiam homo, aut animal. ταῦτα

γὰρ ὑπάρχει τῷ γεννῶντι, καθὸ γεννητικὸν, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, vt si Grammaticus est, qui genuit. γεννᾷ δὲ καὶ τὸ καθέκαστον, καὶ τὸ γένος: ἀλλὰ μᾶλλον τὸ καθέκαστον. τοῦτο γὰρ ἡ οὐσία. καὶ γὰρ τὸ γινόμενον, γίνεται μὲν καὶ ποιόν τι, ἀλλὰ τόδε τι ἢ τόδε ἡ οὐσία (quæ verba explicant, illud in Categorijs ἡ πρώτη οὐσία σημαίνει τόδε τὶ, ἡ δὲ δευτέρα μᾶλλον ποιόν τι. Vt quũ Socrates nascitur τόδε τὶ γίνεται, quum homo, aut animal ποιόν τι) sic etiam quum musicus: sed hoc κατὰ συμβεβηκὸς. Hæc igitur, marem, Coriscum, hominem, atque animal vocat δυνάμεις, quæ suas habent κινήσεις proprias. quòd si cessant αἱ ἄλλαι κινήσεις, præter illas, quæ sunt hominis, aut animalis, quod nascitur nullius maiorum similitudinem refert, sed est tantum homini simile: ἢ ἐὰν πλέον ἐξίστηται, ζώῳ τινὶ. quæ iam sunt τέρατα, vt caput arietis, aut bovis in puero. hæc Aristoteles ea subtilitate, quæ vix potest intelligi. versum Hesiodi Proclus intelligit, vt Aeschines: & caussam intemperantiæ tribuit, quòd feminæ non pariunt ὅμοια τοῖς ἀνδράσιν. inquit enim, τὰ πολλὰ τῶν ἀμβλωθριδίων καὶ τεράτων, ἐξ ἀκρασίας γίνονται, καὶ πλησμονῆς. nam multa abortivorum, atque monstrorum ex intemperantia fiunt, & satietate. vtranque intemperantiam, vt opinor, intelligit. sed duo reliqui interpretes caussam faciunt huius dissimilitudinis τὴν μοιχείαν. omneis autem in hoc conveniunt, quòd γονεῦσιν exponũt ἀνδράσιν, id est, maritis. nam & qui mœcho similis nascitur, ἔοικε τοῖς γονεῦσι.

Καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ

δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκεν) hic notabis alium vſum, atque in ſuperiori loco, præpoſitionis ἐπὶ cum eodẽ caſu. huiuſce vſus plurima ſunt exempla, ſed vnum hoc ſatis eſt. Epigrammatum lib. 3.

Ἠλλάχθη ἐπ' ἐμοὶ νεκύων νόμος. οὐ γὰρ ἔθνησκον
πρῶτον, ἔπειτ' ἐτάφην, ἀλλὰ ταφεὶς ἔθανον.

Mutata eſt in me mortuorum lex. non enim mortuus ſum primò, dein ſepultus, ſed ſepultus, ſum mortuus. Cicero Parad. *Lapſa eſt libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili virgine.* peccavit verò nihilo minus. ὠλίσθανεν ἡ ἐπιθυμία ἐπ' ἀγνώστῳ γυναικί: ἡ λύπη μὲν εἰς ἐλάττονας ἀνήκει, ἢ εἰ ἀσελγὴς ἂν γένοιτο ἐπὶ γενναίᾳ τινὶ καὶ εὐγενεῖ παρθένῳ. ἥμαρτε μέντοι μηδὲν ἧττον. libidinem á labendo Varro vult duci. τὸ ἐπὶ δάμαρτι reddidimus antè *in vxore* ex iure civili. ſic etiã reddi ſolet & debet, cum aliisquoque ſignificationibus. Theocritus Idyllio 2.

Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν. ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν ---αἴθω.

Virgil. *Daphnis me malus vrit. ego hanc in Daphnide laurũ*, i. pro Daphnide, vel vice Daphnidis. γαμετὴ γυνὴ πρὸς διαστολὴν τῆς παλλακῆς. γαμετὴ legitima uxor, quæ habuit ſponſalia: παλλακὴ quæ non habuit, ſed coniugali tantum affectu aſciſcitur. Heſiod. ἔργων. 2.

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα
κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο

Κτητὴν interpretes nolunt eſſe παλλακήν. at Timæus auctor eſt Ariſtotelem poſt obitum vxoris, Ἡπόδῳ πειθόμενον Ἑρπυλλίδι συνεῖναι τῇ θεραπαίνῃ, ἐξ ἧς αὐτὸν γενέσθαι υἱόν, & ex ea ſuſcepiſſe filium Nicomachum.

γαμετὴ

γαμετὸς, vir, maritus. Aelianus lib. 12. de animalibus, cap. 16. καὶ μάλιστά γε τοὺς τῶν λιβύων ὄνους μεγίστους ὄντας ἐπιβαίνειν ταῖς ἵπποις οὐ κομώσαις, ἀλλὰ κεκαρμέναις. ἔχουσα γὰρ τὴν ἑαυτῆς ἀγλαΐαν τὴν διὰ τῆς κόμης, οὐκ ἂν ὑπομεῖναι τὸν τοιόνδε γαμετὸν, οἱ σοφοὶ τοὺς τούτων γάμους φασί. Afrorum asinos, qui sunt maximi, detonsas equas, non comãtes inire. si enim iubæ nativum habeat decus, negãt sustinere eiusmodi coniugem, qui istorum coniugia novêrunt. nuptias animalibus affingit, κατὰ τὴν ἰδέαν τῆς γλυκύτητος. vt Virgilius de bubus, 3. Georg.

Tempus coniugium, iustosq; pati Hymenaos,
Desinit ante decem, post quatuor incipit annos.

Idem taurum alibi virum gregis appellat, id est, γαμετόν. quanquam hic apud Aelianum γαμετὸς est adulter. non enim legitimus coitus est asini cum equa. sic Horatius, opinor, milvium columbæ vocat adulterum. & Poetæ γάμους solent appellare etiam illegitimos congressus. quid sit ductare apud Comicos, & scortum ducere, omnes intelligunt. Idem refert Iulius Pollux. lib. 1. de equis & asinis. ἀγλαΐα γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἵπποις ἡ χαίτη. καὶ γαυριῶσι καὶ καλλωπίζονται ἐπ' αὐτῇ. ὁπότε καὶ οἱ ὀνοβατοῦντες, ἐπειδὰν αἱ ἵπποι τὴν μίξιν τῶν ὄνων ἀτιμάζωσι, καὶ ἀφυβρίζωσιν εἰς αὐτοὺς, ἀποκείρουσι τὰς ἵππους, καὶ ἐπὶ πηγὰς ἄγουσι. αἱ δὲ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, θεασάμεναι τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος, ἀπηγλαϊσμένης τῆς κόμης, ἀνέχονται τότε τὴν πρὸς τὰ χείρω ὁμιλίαν. decus enim est in equis quoque capillus, in eoque exultant, & sese venditant. quum & qui admissuræ præficiuntur asinorum, posteaquam equæ congressum eorũ aspernantur, & superbè eos abigunt, detondent equas,

ad fontesque deducunt. hæ verò quum tanquam in speculo, suum dedecus, & corporis deformationem perspexerint, tum ferunt æquo animo cum imparibus congressionem. & miramur homines capillum alere, atque in coma gloriari, τῇ κόμῃ ἐναγλαΐζεσθαι quum eius ornatum iumenta quoque sentiant? ἐπεὶ καὶ ὁ ἵππος ὁ πρὸς θήλειαν καλλωπιζόμενος, ὀρθὸν αἴρει τὸν αὐχένα, καὶ κυδροῦται, καὶ σοβαρός ἐστιν ἐν τῷ δρόμῳ. nam & equus feminæ suam formam, & venustatem venditans, cervices erigit, & sese effert, estque elatus, & superbus in cursu, vt idem Pollux ait. Nemini intempestivum videbitur, vt spero, sic cōtulisse optimos auctores. sed etiamnum μελίφθογγον illum audiamus. Aelianus lib. 15. cap. 19. δεῖπνον οὖν ἕτοιμον τοῖς τε ἄλλοις ζώοις ὑπὸ τοῦ γαμέτου καταλέλειπται, καὶ οὖν καὶ τοῖς ἀετοῖς. cæna parata cùm aliis animantibus à marito relinquitur, tum etiam aquilis. hoc quoque τῷ μελιγλώσσῳ, πάνυ γλυκέως εἴρηται.

Καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς) παλλακὴ, si interpretationem quærimus, est νέα γυνή. tales enim exoptant ferè, qui in hoc genere lasciviunt. Eustathius, παλλακαὶ δὲ καλοῦνται τῶν παιδίσκων αἱ νέαι. inde & παλλὰς ἡ θεὸς, ὡς ἀεὶ νέα. nam historia, inquit, εἰς παῖ τὸν ἄγει τῇ νεάνιδι τὴν παλλάδα, sic apud antiquos. τὰς μειρακας ὀνομάζεσθαι λέγουσα, ὅθεν παλλακὶς παρωνόμασται, καὶ πάλλαντες παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, οἱ νέοι. veteres appellabāt omnes adolescētulas παλλάδας, adolescētulos πάλλαντας. ætatis eiusdē nomina sunt apud Eust. πάλλαξ, βούπαις, ἀντίπαις, μελλέφηβος. i. medius inter puerū atq; ephebū: qui iā iā in ephebis futurus est. Pellex latinū ἀπὸ τοῦ πάλλαξ, nō vt cuipiā videri potest, à verbo

pelli-

pellicere: quod Festo quoq; auctore, credendum. sic aliâs hæ permutantur vocales, ut κεθηγὸς, Cethegus. Legibus quoque imperialibus pellex, & uxor legitima, eodem iure sunt, quod attinet ad crimen adulterij. Papinianus, *Si uxor non fuit in adulterio, concubina tamen fuit, iure quidem mariti accusare eam non poterit, quæ uxor non fuit, iure tamen extranei accusationem instituere non prohibebitur: si modò ea sit, quæ in concubinatu se dando, matronæ nomen non amisit, ut puta, quæ Patroni concubina fuit.* (παλλακὴν enim & concubinam eandem esse existimo) *planè sive iusta uxor fuit, sive iniusta, accusationem instituere vir poterit.* (iusta vxor γαμετὴ (γυνὴ enim subauditur) iniusta παλλακὴ) *nam Sextus Cæcilius ait, hæc lex ad omnia matrimonia pertinet, & illud Homeri affert, nec enim soli, inquit, Atridæ uxores suas amant.*

οὐ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων

Ἀτρεῖδαι. --- *Non soli amant uxores diversivocorum hominum Atridæ.* sic vertit Tribonianus. ergò iureconsultis quoque Homerus inservit. hij videbantur posse Græcam linguam impunè nescire. at his quoque utilis est, ut videmus. quis Budæo doctior in Græcis? quis iurisprudentior? Virgilius,

--- nec solos tangit Atridas

Iste dolor.

Ex Homero probare vult Cæcilius, pellicem esse vxorem: illud enim Homeri, iratus dicit Achilles ad Agamemnonem, qui doluit ablata Chryseide, quam ἄλοχον appellat, erat autem παλλακὴ, sicut ipse ægrè tulit, suam sibi abduci Briseidem. Est igitur pellex vxor, quamvis iniusta, & matrona, non meretrix

(dispar

(*dispar enim matrona meretrici*, inquit Horatius) sed non materfamiliâs: quæ est aut nupta, aut vidua, auctore Papiniano. scitè tamen Comicus, *meretrix materfamiliâs* vnâ in domo. Festus, *Antiqui eam propriè pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat. cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio, hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni, crinibus demissis, agnam fœminam cædito.* Quidam, inquit Athenæus, memorant Socratem duas habuisse uxores: quos iure reprehendit his verbis, ἐκ τούτων ἄν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας τῷ Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας. Ξανθίππην, καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου (οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν) ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου. quibus τὸ ἐνδόσιμον erroris dedit Aristoteles: qui Barbarorum fuisse hanc consuetudinem ait, pellices habendi, & hoc eorum coniuges æquo animo tulisse. ut Priamus quàm plurimas habuit concubinas, nec de eo tamen Hecuba usquam queritur. at apud Græcos mater Phœnicis non tulit Amyntoris concubinam quam Homerus παλλακίδα nominat. & Medêa quamvis sciret hunc morem barbarum, ac patrium, nec ipsa Glaucam tulit, viro suo nuptam, ἤδη εἰς τὰ ἀμείνω, καὶ ἑλληνικὰ ἐκδεδιῃτημένη, inquit Athenæus, quum iam in meliorem vivendi rationem, atque in Græcorum instituta transisset. Et Clytemnestra ex gravi dolore Cassandram, cum ipso Agamemnone obtruncat, quam in Græciam ille Rex regum induxerat, assuefactus iam Barbarorum moribus. constat tamen multos Græcorum multas simul

Adelph. (margin, beside line 4)

Iliad. 1. (margin, beside "quam Homerus")

uxores habuiſſe, Herculem in primis quám plurimas, ſed ἀνὰ μέρος: nec plures unà. nam quum orbem terrarum bellando peragraret, in ſingulis ferè regionibus novam aſſumſit coniugem. erat enim mulieroſus in primis: & quinquaginta filias Theſtij virgines conſtupravit, ut Clemens Alexandrinus tradit, una nocte, ut Athenęus, intra ſeptem dies. Multas etiam uxores habuit Aegeus Athenienſis: plureis filius eius Theſeus: raptione Helenam, Ariadnã, Hyppolytam Amazonem, Cercyonis, ac Sinnidis filias. iuſto matrimonio Melibœam, matrẽ Aiacis Telamonii. quibus addit Heſiodus *H*ippen, & Æglen: cuius amore Ariadnam contra fidem datam prodidit: Pherecydes etiã Peribœam. Poſt *H*yppolytam autẽ habuit & Phædram. Memorabilis eſt etiã Philippi Macedonũ regis πολυγαμία, ille tamen nullam mulierẽ ſecũ ad bella ducebat, ut Darius, quem Alexander perculit: qui de ſumma rerum dimicaturus, trecentas quinquaginta circumducebat pellices. ſed Philippus quas habuit uxores, in bello pleraſque ducebat. illis quidem viginti, quibus regnavit annis, habuit primum Audatam Illyricam in matrimonio, ex qua & filiam. Deinde Philam ſororem Derdæ, & Machatæ. quum autẽ ſibi conciliare vellet Theſſalorum nationem, liberos creavit ex duabus Theſſalis, quarum una erat Niceſipolis Pheræa, ex qua filiam ſuſcepit Theſſalonicam, ἧς ἡ πόλις ἐπώνυμος: altera autẽ Lariſſæa Philinna, ex qua Aridæum genuit. tum adiunxit ſibi Moloſſorum reginam Olympiadem: ex qua habuit Alexandrum, & Cleopatram. & cum Thraciam cepiſſet, venit ad illum rex

Thraciæ,

Thraciæ, filiam adducens cum multis muneribus: hanc superinduxit Olympiadi: super his omnibus duxit Cleopatram amore captus, Hippostrati sororem, Attali sororis filiam: quæ res ei domum vitamque omnem confudit ac perturbavit. statim enim in ipsis nuptiis Attalus, *nunc tamen legitimos*, inquit, *reges, & non nothos habebimus*: ad quam vocem sic Alexander exarsit, ut poculo, quod manu teneret, primùm Attalum, deinde ipsum patrem percuteret. exinde Olympias in suam patriam profugit: Alexander in Illyrios. sed his omnibus & propter potentiam quidvis licuit, & potentiæ fortasse caussâ, plures sibi quisque adiungebat uxores. ut ad Romanos redeam, memorabile est exemplum Tertiæ Aemiliæ, *quæ Africani prioris uxor, mater Corneliæ Gracchorum, tanta fuit comitatis, & patientiæ, ut quum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit: ne domitorem orbis Africanum femina impudicitiæ reum ageret, tantúmque à vindicta mens eius abfuit, ut post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.* hæc Valer. Maxim. lib. 16. cap. 7. Euripides in Andromacha tantam fuisse ait æquanimitatem, ut nothos Hectoris vberibus suis ipsa lactaret, & pariter cum suis liberis educaret.

ὦ φίλτατ' Ἕκτορ ἀλλ' ἐγὼ τὴν σὴν χάριν
Andromacha. *σοὶ καὶ ξυνήρων, εἴ τί σοι σφάλοι κύπρις.*
καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς
ἐπέσχον, ἵνα σοι μηδὲν ἐνδοίην πικρόν.

O carissimè Hector, at ego, quod tibi gratum erat, tecum unâ amabam, sicubi lapsus es libidine.

& vber iam ſæpe nothis præbebam tuis, ne tibi quid acerbitatis darem. nihilominus tamen virorum in hoc magna culpa: rectéque hoc Plato vetuit octavo de Legibus, *μηδένα τολμᾶν μηδενὸς ἅπτεσθαι τῶν γενναίων ἅμα καὶ ἐλευθέρων, πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικός. ἄθυτα δὲ παλλακῶν σπέρματα, καὶ νόθα μὴ σπείρειν, μηδὲ ἄγονα ἀρρένων παρὰ φύσιν.* ne quis audeto generoſum ullum, aut liberum corpus attingere, præterquam vxoris ſuæ, ſpuria autem pellicum ſemina, nec iuſtis nuptiis conſecrata ne ſerito: neu marium infœcunda contrá naturam. *θύειν γάμον* ſic dicitur, ut *θύειν ἐπινίκια.* & *τὰ προτέλεια* ſacrum, quod nuptias antecedebat.

Ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον, ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ) comparatio minorum: minus eſt flagitium, & minore animadverſione dignum, per vim ſtuprum offerre, quám pellicere ad ſtuprum. hos enim impune ſemper licuit occidere: illos lex iubet, quanti noxa æſtimatur, eius duplum ſolvere. Erat & Scantinia lex apud Romanos, quæ ultimum ſupplicium huic ſceleri decernebat. vide Iuvenalem Satyr. 2.

Ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι) id eſt, *διπλοῦν τὴν βλάβην ὀφείλειν.* at non damnum, ſed probrum & dedecus illatum eſt. at magna iactura famæ, & quæ nullâ pæne pecuniâ compenſari poteſt. itaq; apud nos in eiuſmodi criminibus, æſtimatio fieri ſolet ab iis ipſis, qui falsò accuſantur, quantum ſua fama detrimenti ceperit: eius duplum hac lege perſolvere debebat, qui per vim probrum intulerat. *ἐνέχεσθαι* ſic criminibus aut pœnis irretitum hærere, ut non poſſit elabi. pro Milone, *hæſit in illis inſidiis; ἐνέσχετο ταῖς ἐνέδραις.* vnde *ἔνοχος*, quod vulgò reddi ſolet *Obnoxius,*

noxius. ſed is eſt opinor obnoxius propriè, qui propter aliquam noxam, id eſt, culpam, veretur illum offendere, qui pariter ipſi eſt eiuſdem noxæ conſcius.

Τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο, ἢ τοὺς πείσαντας) redditio maioris. hic *πείθειν* eſt fœminam blanditiis pellicere, & vel prece, vel pretio tentare & impellere, uſque adeò donec quis perpulit. dictum videtur ab Hebræo פתה quod verbum in *piel* Græci ſonum reddit, Exo. 22. 19. כי יפתה איש בתולה ſi quis pellexerit virginem. hinc apud Homerum *παρθενοπῖπα*, & Ariſtoph. *παιδοπῖπα* Terent. Phormione, *Is ſenem per epiſtolas pellexet*, *ἀνέπεισε*. *πείθουσι δώροις ἢ λόγοις*. Euripides Medêa, *πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος*. aiunt Deos etiam dona placare. Iliad. 1.

Φραζώμεσθ' ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθωμεν
Δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.

Videamus quî illum placantes perſuadeamus, & donis placidis, & ſuavibus dictis. Plato Protagora, *ἂν αὐτῷ διδῷς ἀργύριον, καὶ πείθῃς ἐκεῖνον, ποιήσει καί σε σοφόν*. ſi illi dederis argentum, & pretij magnitudine adduxeris, faciet te quoque ſapientem. non hoc vult, præter pecuniam verba etiam eſſe adhibenda. nam ſatis magna vis eſt ad perſuadendum in ipſâ pecuniâ. ſic enim paullò pòſt, *ἂν μὲν ἐξικνῆται τὰ ἡμέτερα χρήματα, καὶ τούτοις πείθωμεν αὐτόν. εἰ δὲ μὴ, καὶ τὰ τῶν φίλων προσαναλίσκοντες*. ſi noſtra pecunia ſuppetat, & ſatis magna ſit, hac adducamus eum. ſin minus, amicorum quoque inſuper inſumamus. 1. de Oratore, *Apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs*

dicijs

dicijs oratoribus, μισθαρνίῳ πεισθέντες ὑπουργοῦσι. Demosthenes, εἰ γάρ τις ὑμῖν ἀφῆκέ τι τῶν αὑτοῦ, οὐδὲν ἀδικεῖται ὁ πεισθεὶς, ἢ ὁ πείσας, nam si quis vobis remisit aliquid sui iuris, nullâ afficitur iniuriâ, qui vel adductus est ad hanc conditionem, vel adduxit. nam & de conditionibus ac pactis dicitur hoc verbum. Idem eâdem oratione. διαφέρονται δὲ ὡς οὐ δεῖ τελεῖν αὐτοὺς τοὺς τόκους τοὺς ἐν τῇ συγγραφῇ, ἀλλὰ τοὺς εἰς Ῥόδον, οὓς οὔτε συνεγράψαντο, οὔτ' ἔπεισαν ἡμᾶς. in eo omnis inest controversia, idque contendunt, non oportere eos usuras pendere, quæ sunt in syngrapha, sed illas in Rhodum, de quibus neque convenerat ex syngrapha, neque ullâ nos potuêre eiusmodi conditione adducere. Plutarchus Dione de Dionysio tyranno, *transegit cum civibus, & rem composuit* τὰ μὲν πείθων, τὰ δὲ πειθόμενος. Contra Dionysodorũ.

Ἐφ' αἷσπερ ἀποκλείειν ἔξεστιν) hæ sunt γαμεταὶ καὶ παλλακαὶ, ut suprà demonstravimus. quid sponsæ? de iis nihil hic dicitur: neque compertum habeo quid iuris apud Athenienses constitutum erat de sponsis: quæ nondum sunt nuptæ, sed tantùm coniugio destinatæ. ius civile non minus illis cavet, quam iustis uxoribus. *Divi Severus, & Antoninus rescripserunt, etiam in sponsa hoc idem vindicandum, quia neq; matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij violare permittitur.*

Τοὺς μὲν διαπεπραγμένους βίᾳ) vide τὴν δεινότητα τοῦ ῥήτορος, qui τὸ παράδοξον tam probabiliter tuetur contrà communem opinionem, moremque omnium gentium. quid enim? gravius peccant, qui pelliciunt,

pelliciunt, quam qui vim afferunt? at nulla unquam civitas hoc ius statuit. Gravissimum est edictum Iustiniani de Raptu mulierum, Cod. lib 9. Tit. 13. *Raptores virginum honestarum, vel ingenuarum, sive iam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum fœminarum, capitis supplicio plectendos decernimus: maximè si Deo fuerint virgines, vel viduæ dedicatæ, quòd non solum ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreverentiam committitur. Quæ multo magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere, quòd duplici tenentur crimine, tam adulterij scilicet, quàm rapinæ: & oportet adulterij crimen acerbius ex hac adiectione puniri.* Nec contentus his, addit, *Etiam omnes res mobiles, seu etiam immobiles, & se moventes tam raptorum, quàm eorum sodalium, comitum, vel sequentium, qui eis auxilium præbuerint, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur, providentiâ Iudicum, & curâ parentum earum, vel maritorum, vel tutorum, seu curatorum. Ceteri autem omnes, qui conscij, & ministri huiusmodi criminis reperti & convicti fuerint, cuiuscunq; conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodò capitali subijcimus, sive volentibus, sive nolentibus virginibus, sive aliis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. si enim ipsi raptores metu, vel atrocitate pœnæ ab eiusmodi facinore se temperaverint, nulli mulieri sive volenti, sive nolenti peccandi locus relinquetur. quia hoc ipsum velle mulierum, ab insidiis nequissimorum hominum, qui meditantur rapinam, inducitur.* hæc ille. Nostri tamen oratoris rationes sunt optimæ, nec acutiores facilè

facilè eſt invenire ad probandum, atrocius eſſe peccatum ἐν τῇ πειθοῖ, quám ἐν τῇ βίᾳ. ſed aliquis forſitan miratur, vnde hæc nobis extitit tanta iuris ſcientia. nimirum otio iam diu nimiùm abundamus. eoque nobis licuit καὶ ταῦτα πολυπραγμονεῖν, & literarum omnium abdita ſcrutari. gratiámque illis habeo, qui omnia maiora munera ipſi invadunt & occupāt: nobis hæc ludicra relinquunt. διαπράττεσθαι, rem perficere, atq; effectam dare. Iſocr. Ἡγούμενοι τὸ μὲν πρᾶγμα ὑπὸ πάντων ζηλωθῆναι, δύνασθαι δ᾽ ἐκεῖνον ἂν μάλιστα διαπράξασθαι, de Alcibiade. Cæſar, *Obſideſq; vti inter ſe dent perſicit*, διαπράττεται. Itē impetrare & cōtentione quadā obtinere. Aeſchines contra Cteſiphontē. εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ, ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ. & mox ἐὰν δὲ τῷ βουλομένῳ, καὶ τοῖς διαπραξαμένοις χαρίζησθε. καὶ τὰς ἐπιεικεῖς φύσεις διαφθερεῖτε. reprehendit Orator largitatē Athenienſium, in tribuendis honoribus temerè & incōſultô ſine delectu. Xenophon Sympoſio. ἄξιόν γε μὴν ἡμῖν τοῖς καλοῖς καὶ ἐπὶ τοῖσδε μέγα φρονεῖν, ὅτι τὸν μὲν ἰσχυρὸν πονοῦντα δεῖ κτᾶσθαι τἀγαθὰ, καὶ τὸν ἀνδρεῖον κινδυνεύοντα. τὸν δέ γε σοφὸν λέγοντα, ὁ δὲ καλὸς καὶ ἡσυχίαν ἔχων πάντ᾽ ἂν διαπράξαιτο. Nō immeritò tamē nos quidē formoſi poſſumus, de his etiā ſuperbire, quòd ſtrenuum labore oportet bona quærere, & fortē periculo, doctū eloquentia, ſed formoſus vel nihil agēs quidvis ſummâ facilitate impetraverit. paullò pòſt de eadē re, εἰ δὲ ἡδὺ τὸ παρ᾽ ἑκόντων διαπράττεσθαι, ὧν τις δέοιτο, εὖ οἶδ᾽ ὅτι καὶ νῦν θᾶττον ἂν ἐγὼ καὶ σιωπῶν πείσαιμι τὸν παῖδα. καὶ τὴν παῖδα φιλῆσαί με, ἢ σὺ, ὦ Σώκρατες, εἰ καὶ πάνυ πολλὰ, καὶ σοφὰ λέγοις. ſi verò iucundū à volentibus impetrare, quæ cuiq; opus ſunt, ſatis certò ſcio me citiùs

vel tacendo persuasurum &c. Idē sunt igitur τὸ πείθειν, καὶ τὸ διαπράττεσθαι. Dem. πρὸς Τιμόθεον. μέλλων τοίνυν ἀποδημεῖν ὡς βασιλέα, καὶ διαπραξάμενος ἔκπλουν σοι, & impetratâ veniâ nauigandi. Plut. Civ. Præceptis, *Memini iuvenem me legatū cum collega missum ad proconsulem.* ἀπολειφθέντος δὲ πως ἐκείνου, μόνον ἐντυχόντα καὶ διαπραξάμενον. cum ille autem non affuisset, me solum egisse, & rem confecisse. Cicero, *tanta adhibebatur contentio, ut rem posse confici non diffiderem,* τοσαύτην ἐποιούμεθα σπουδὴν, ὥς᾽ ᾤοντο ἂν διαπράξασθαι. Idem πράττειν. Isocr. ἐλπὶς μᾶλλον τοὺς τοιούτους πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν. i. διαπράξασθαι.

καὶ πᾶσαν ὑπ᾽ ἐκείνοις τὴν οἰκίαν εἶναι. i. ut domus sit tota in adulteri potestate. nā talibus ferè maritis uxores dominantur: uxoribus adulteri. de hac præpositione dictum est ante: sed addam plura quò res sit dilucidior, exempla. Arist. lib. 1. Rhet. cap. 1. μάλιστα μὲν οὖν προσήκει τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους, ὅσα ἐνδέχεται, πάντα διορίζειν αὐτούς, καὶ ὅτι ἐλάχιστα καταλείπειν ἐπὶ τοῖς κρίνουσι. & quā paucissima in arbitrio iudicū relinquere. & mox, περὶ τοῦ γεγονέναι ἢ μὴ γεγονέναι, ἢ ἔσεσθαι, ἢ μὴ ἔσεσθαι, ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, ἀνάγκη ἐπὶ τοῖς κριταῖς καταλείπειν. Antipho de cęde Herodis, ἀνάγκη οὖν ὅταν τις ἄπειρος ᾖ τοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἐπὶ τοῖς τῶν κατηγόρων λόγοις εἶναι μᾶλλον, ἢ ἐπ᾽ αὐτοῖς τοῖς ἔργοις, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῶν πραγμάτων. necesse est qui dicendi imperitus caussam dicit, eius salutē magis in accusatorū eloquētia positā esse, quam in rerū veritate. & mox, ἅπαντα γὰρ τὰ ἐν ἀδήλῳ ἔτ᾽ ὄντα, ἐπὶ τῇ τύχῃ μᾶλλον ἀνάκειται, ἢ τῇ προνοίᾳ. quæ sunt adhuc in incerto, magis in potestate fortunæ sunt posita, quàm in consilio. Sophocl. Oedip. Col. Ἄρχει τις αὐτῶν ἢ ἐπὶ τῷ πλήθει λόγος; estne popularis status, an imperium unius? Lysias, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐκ-

θροῖς γινόμενον, ἀδύνατον, qui in potestatem inimicorũ recidit, fieri non potest, ut ullâ pecuniâ inde se redimat. Ibidem, ἐλεήσατε, καὶ μὴ περιίδητε ἐπὶ τούτῳ γινόμενον. Philostr. de vita Apoll. ὁρῶν οἷ τῆς γῆς εἶ, καὶ ὅτι ἐπ᾽ ἐκείνῳ κείμεθα, videns quo loco sis, quòd in illius nunc sumus potestate. Sophocles Philocteta, μὴ 'πὶ τῷδ᾽ ἔστω τάδε, ne sit in potestate illius se præcipitem dare, quod minabatur Philoctetes. Xenophon ἀναβάσεως α. βουλεύεται ὅπως μήποτε ἔτ᾽ ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ. Iobi 16. παρέδωκε γάρ με ὁ κύριος εἰς χεῖρας ἀδίκων, ἐπὶ δὲ ἀσεβέσιν ἔρριψέ με, quod alius interpres reddit εἰς χεῖρας ἀσεβῶν. sic enim Heb. utroque membro. Optimis quidem rationibus probat orator, magis flagitiosum esse, & graviùs puniendum, blandimentis perducere, quã per vim cogere, quòd qui perducit, animum uxoris alienat à viro (hoc enim est τὰς ψυχὰς διαφθείρειν) quòd domum alterius in suam potestatem redigit: quod liberos, qui creantur, facit incertos. quibus hoc addi potest ex Augustino de Civitate 1. quòd qui repugnantes vincunt, corpus vitiare possunt, vel potius vexare, animo si turpitudini non consentiant, vitium offerre non possunt, nec ullo modo violare animi integritatem. Sed hoc tamen est παράδοξον, ut diximus, & totus hic locus, si introspiciatur σαθρὸς est, nec quicquam habet solidi. nam, ut aiunt, volenti non fit iniuria: & vis in stupro capitalis iure omnium gentium semper fuit. at non ipsum stuprum, ne in coniugibus quidem, si nihil actum sit contra voluntatem utriusq;. Præterea si nihil agi licet, sine extremo supplicio, nisi cum voluntate eius, quæ stuprũ patitur, iam pudor tutus est.

plerǫque enim, quarum sanior est animus, nolũt flagitio cõsentire. at si fas est sine gravissima pœna, nefariis hominibus ex insidiis & per vim agere: virginũ & matronarum pudicitiam expugnare: pudoris repagula perfringere, iã omnia proiecta sunt ad summam nequitiam. sed orator, ut dixi laudandus est, qui potuit hæc tam πιθανῶς accõmodare ad caussam suam. &, est (fateor) ζήτημα declamatoribus dignum.

ἀνθ' ὧν) pro quibus, aut quibus de caussis. 2. ad Thess. 2. ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης Heb. יען אשר לכן Lucæ 19. οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. Iulianus. ἀνθ' ὧν ἀμείψονταί σε πάντες οἱ θεοί, pro quibus remunerabuntur te omneis Dij.

Ἐμοὶ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ νόμοι) πίστεις ἀτέχνους adhibuit legum ac testimoniorum. nunc deinceps motus animorum adhibet. concessus est enim à dicendi magistris. post singulas argumẽtationes, nonnunquã digrediendi locus, ad rẽ augendã, & permovẽdos auditorũ animos. ubi dicẽtis oratio liberius exultat. & his locis Demost. sæpe utitur, Cicero sæpius, præsertim illis actionibus in Verrem. sed quos heic Lysias concitat affectus? iram iudicum atque odium adversus Eratosthenem, & eius simileis: misericordiã & favorem in reum, metum denique pro statu civitatis, pro suis coniugibus & liberis: qui in periculo erant, si in homines tam sceleratos leges non valerent.

Ἐμοῦ τοίνυν οἱ νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν) ἀπογινώσκειν absolvere, opponitur τῷ καταγινώσκειν ut ἀποδιαιτᾶν τῷ καταδιαιτᾶν, ἀποψηφίζεσθαι τῷ καταψηφίζεσθαι. Demost.

most. κατὰ Θεοκρίνου, τοῖς βουλομένοις ὀρθῶς εὐορκεῖν οὐ καλῶς ἔχει ταύτην ἀπογινώσκειν τὴν ἔνδειξιν, religiosis iudicibus non rectũ est absolvere hanc delationem. Idẽ contra Phorm: καταγνῶναι μὲν γὰρ οὐκ ἐβουλήθη, διὰ τὸ οἰκείως ἔχειν Φορμίωνι τούτῳ: ἀπογνῶναι δὲ τῆς δίκης ὤκνει, ἵν' αὐτὸς μὴ ἐπιορκήσειεν. cum eodẽ casu rei, quo Lysias personæ.

Ἀπογνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν) verbis per se negãtibus altera additur negatio. nõ enim vna contẽti sunt negatione. ut ἀπαγορεύω σοὶ μὴ ποιεῖν τοῦτο, interdico tibi ne facias istud. Aeschines contra Ctes. πρῶτον μὲν τοὺς νόμους ἀποδείξω ἀπαγορεύοντας, μὴ στεφανοῦν τοὺς ὑπευθύνους. paullò pòst, διεξελθὼν τοὺς περὶ τῶν κηρυγμάτων νόμους, ἐν οἷς διαῤῥήδην ἀπείρηται τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, μὴ κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας. Lysias, φανερῶς δὲ περὶ τούτων διαλεγομένων, ἀρνεῖσθαι τὰ περὶ τοῦ ἀνθρώπου μὴ κοινῇ ἡμᾶς χρῆναι συγχωρεῖται. Sic & nomina. Dem. de falsa legatione, ὅτι τοίνυν οὐδ' ἄρνησίς ἐστιν αὐτοῖς, τὸ μὴ ταῦθ' ὑπὲρ Φιλίππου πεπραχέναι, ἀκούσατέ μου. non esse eis negationem, quin hæc pro Philippo gerant. Soph. οὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή. sic quæ tacitã includunt negationẽ. Eurip. Ione, ἀλλ' ἐὰν χρῇ τάδ' εἰ πρὸς τοῦ θεοῦ κωλυόμεσθα μὴ μαθεῖν, ἃ βούλομαι. Thucyd. lib. 5. ἀπέχοντο μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν στρατεύειν. sed est etiam ἀπόγνωσις desperatio, fractus animus. & οἱ ἀπεγνωκότες desperatione fracti: οἱ ἀπεγνωσμένοι desperati, perditi. Virg. *Una salus victis nullam sperare salutem.* μία σωτηρία, τὸ πᾶσαν ἀπογιγνώσκειν σωτηρίαν. Dem. περὶ τῆς παραπρεσβείας, ἀλλ' ἀπογνόντες ἅπαντες ἑαυτοὺς ἐγχειρίσουσιν. sed ut omnes desperatis suis rebus, seipsos in manus traderent. & mox, ὥστε πανταχῇ τὰ παρ' ὑμῶν ἀπεγνῶσθαι, adeò ut undique desperaretur à vobis auxilium. Dionysius Halicarnass. lib. 3. ἐπεὶ ἡ [illegible], ὅτε δὲ

τῶν ἀντιπολιτευομένων φθόνος, οὐθ' ἡ τῶν πραγμάτων ἀπόγνωσις ἀνῃρηκέναι τὸν ἄνδρα δοκεῖ, ἀλλ' ἡ τῆς φύσεως ἀνάγκη, καὶ τὸ χρεών. Non rerum desperatio sustulisse virum videtur, sed naturæ necessitas, & fatum: de Clælio Albanorum duce, qui nulla ex euidenti caussa manè repertus est mortuus. Plut. Cimone, εἰς τοσαύτην ἀπορίαν τοὺς πολιορκουμένους κατέστησεν, ὥστε Βούτην τὸν βασιλέως στρατηγὸν, ἀπογνόντα τὰ πράγματα τῇ πόλει πῦρ ἐνεῖναι. ut desperatis rebus civitati ignem inijceret. Cæsar, *Octauius desperata oppugnatione opidi, Dyrrachiū sese ad Pompeium recepit*, Ὀκτάβιος τὴν πολιορκίαν ἀπογνοὺς εἰς Δυῤῥάχιον ἐκομίσατο πρὸς Πομπήιον. μὴ ἀδικεῖν, insontem esse. Euripides Hecuba, πῶς οὖν σε κείνας μὴ ἀδικεῖν, φύγω ψόγον. verbum est affirmativum, Lysias autem potuit dicere, ἀπεγνωκότες εἰσὶν ἀδικεῖν, nisi servasset suæ civitatis consuetudinem loquendi.

ἐν ὑμῖν γὰρ ἐστὶ) ἀντὶ τοῦ ἐφ' ὑμῖν. Sophocles, ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν, in te sita est spes nostræ salutis. Idem Oedipo Col. ἐν ὑμῖν γὰρ ὡς θεῷ κείμεθα, quippe in vobis, ut in deo, siti sumus miseri. Idem, ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη, in te ferunt posita esse illorum imperia. Aristot. lib. 4. Physic. cap. 3. Ἔτι ὡς ἐν τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ἑλλήνων, καὶ ὅλως τὸ ἐν τῷ πρώτῳ κινητικῷ. Ex hoc loco constat Physica scripsisse Aristotelem, cum iam Alexander rerum potiretur. non absimile est illud Demosthenis, πρὸς Παντανίνετον, ποῦ γάρ ἐστι δίκαιον, ἐν οἰκέτου σώματι, καὶ ψυχῇ, ἢ δύο ὠφληκέναι τάλαντα. ἢ μηδὲν τὸν συκοφαντοῦντα ζημιοῦσθαι. quod ius istud est, (ut adeatur periculum) in famuli corpore atque anima, aut duobus damnari talentis, aut nullo calumniatorem damno affici?

περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις) ἀδίκημα fraus; quodvis facinus. Euripides Medêa, ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς ᾔσθετ' ἠδικημένη, postquàm se sensit à viro læsam. Item;

ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ,
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

Sed ἀδικεῖν de brutis etiam rebusq; inanimis dicitur. Apocalyp. 9. de Locustis, ἵνα μὴ ἀδικήσωσι χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον. & cap. 6. καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς. Iulianus, σῦκον dicit secundis mensis adhiberi solitum, καθάπερ ἀντ' ἄλλης τινὸς ἀλεξήσεως ἱερᾶς τῇ τῶν βρωμάτων ἀδικίαις περιπτυσσόμενον. tanquam pro sacro quodam amulêto ciborum nocumentis obductum. Thucydides III. τοῦ μὲν ἱεροῦ οὔτ' ἀδικῆσαι ἔφασαν οὐδὲν, οὔτε τοῦ λοιποῦ ἑκόντες βλάψειν.

Τοὺς κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι) hinc perspicuum est gravius supplicium iure Atheniensium constitutum fuisse adulteris, quàm furibus. nam ni ita esset, cur non semper etiam fur se simularet adulterum, si in ædes ingressus alienas teneretur. at periculum est, inquit, ne, si tantam licentiam, & peccandi impunitatem adulteris concedatis, fures etiam se profiteantur adulteros. quid tu me furti insimulas? ego perfódi parietes, atque in ædeis penetravi, non ut res tuas surriperem, sed ut essem cum vxore tua. illud est ἀφυὲς, hoc γυναῖον καὶ νεανικόν. sic poterunt se fures nocturni defendere, si mitigabitur â vobis adulterii supplicium, aut si levius peccatum erit, & pœnâ dignum minore, furtum facere, quam adulterium committere. At nostris legibus vel levissimum furtum capite punitur. adulteri interim magnã habent ἄδειαν. possunt enim,

ut summâ severitate cum illis agatur, parvâ pecuniâ flagitium redimere, & non pudet Christianos hîc leniores esse, quã ethnicos? fuit hoc quidem sæpe tentatum apud nos: & Iulia lex semel atq; iterum lata est, sed adhuc perferri non potuit, per eorum intercessionem, quorum maxime intererat non perferri. notum est quid lex divina decernit de utroque peccato. Prov. 6. *Non despicietur fur si furatus fuerit, quod animam expleat cum esurierit: deprehensus autem reddet septuplum: omnem substantiam domus suæ dabit. at qui mulierem adulterat, vecors est: qui perdere vult animam, is faciat hoc. Plagam atq; ignominiam inveniet, & probrum eius non delebitur.* ἐπαρεῖτε) Impelletis, animum addetis. Dem. contra Midiam, ἃ νῦν ἐπαίρει αὐτὸν ὑβρίζειν. & prò Corona, οὔτε ἐλπὶς, οὔτε φόβος, οὔτε χάρις, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐπῆρε: nec spes, nec metus, nec gratia, nec aliud quicquam impulit. Quod est apud Paulum ἡ γνῶσις φυσιοῖ, diceremus Ἀττικώτερον ἐπαίρει. Dem. contra Neæram utrumque coniunxit. ἐπάρας δ' αὐτὸν ἐν τοῖς μεγάροις, καὶ τῷ λόγῳ φυσήσας, ὡς χλαινίσκον [illegible] αὐτῆς. translatũ ab utribus, qui inflati tument, & quodãmodo sese efferunt. Cæs. lib. 2. bell. Civ. *Atq; hæc ad eum elatiùs atq; inflatiùs Afranius perscribebat.* Vulgò legitur, sed mendosè, Latiùs. Cic. 2. Agraria, *quibus illi rebus elati, & inflati, fortasse non continuò, sed certè si paululũ assumserint vetustatis ac roboris, non continebuntur, progredientur, longius efferentur.* ἐφ' οἷς ἐπαρθέντες, οὐκ ἐπισχεθήσονται. ἐπαρθεὶς elatus, sublatus, inflatus. Cæsar. 1. de bello Gall. *Quo prælio sublati Helvetij*, ἐπαρθέντες. Xenophon Memorabiliũ 3. ὡς πολλοὶ ἐπαιρόμενοι περιτρέπονται τε

ταί τε ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς, καὶ ἄλκιμοι γενέσθαι. & mox, ἐκ τούτων τεταπείνωται μὲν ἡ τῶν Ἀθηναίων δόξα πρὸς τοὺς βοιωτοὺς, ἐπῆρται δὲ τὸ τῶν Θηβαίων φρόνημα πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. attende antithesin, & rectè dixit ἐπῆρται τὸ φρόνημα, nam μέγα φρονεῖν est ἐπαρθῆναι. Plut. Dione, ἐπηρμένων μὲν πάντων, δι᾽ ἀπιστίαν δὲ ἔτι καὶ φόβον ἡσυχαζόντων. ad Dionis adventum Syracusani omnes ad spem libertatis erecti erant, sed metu & diffidentiâ compressi quiescebant. Dem. πρὸς Παντάινετον, τῷ κατορθῶσαι τὴν πρὸς Εὔεργον δίκην ἐπηρμένος συκοφαντεῖ, ex eo quòd caussam adversus Euergum obtinuit, elatus calumniatur. Iulianus, ἀλλ᾽ οἶδα πόθεν ποτὲ κατηγορεῖν ἐπήρθης, Scio vnde tandem ad me accusandum impulsus siue incitatus fuisti.

Τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε.) ἄδεια securitas, licentia, impunitatis spes, fides publica παρὰ τὸ δέος metus. ἀδεὴς, sine cura, sine timore. ἐξουσία potestas aliquid impunè faciendi: ἄδεια securitas incommodi nihil patiendi ex eo quod feceris. Andocides de mysterijs, Τεῦκρος ἐπηγγέλλετο τῇ βουλῇ εἰ οἱ ἄδειαν δοῖεν, μηνύσειν περὶ τῶν μυστηρίων. pollicitus est senatui si sibi fidem publicam darent, se indicaturum de mysterijs. Idem καὶ κομισθεὶς ἄδειαν δεξάμενος ἀπογράφει τοὺς μεθ᾽ ἑαυτοῦ, post redditum acceptâ fide publicâ, edit conscios. Cic. Catilinaria 3. *introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem ei publicam iussu senatus dedi* .i. ἄδειαν. (sic enim Dion eandem tractans historiam lib. 37 de ipso Cicerone, qui tum Consul, fuit εἴς τε τὸ βουλευτήριον μετὰ τῶν γραμμάτων ἐσήγαγε (nempe Allobriges) καὶ ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς πᾶσαν, οὕτω τὴν συνωμοσίαν ἤλεγξεν. *hortatus sum quæ*

sciret

sciret, sine timore indicaret, ἐκέλδον ἅ συνοῖδε, ταῦτα μηνύειν ἀδεῶς. Dem. contra Midiam, οὐχ ὡς ἵνα μειδίας ἀδεῶς τὸ λοιπὸν ὑβρίζῃ. Cæsar lib. 1. de Bel. Civ. *sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio vteretur, atque omnes sine timore iter facerent*. ibidem, *qui inopinantes pabulatores, & sine vllo dissipatos timore aggressi, quàm maximum numerum iumentorum atque hominum intercipiunt*: οἵτινες ἀπροσδοκήτως τοῖς προνομεύουσι, καὶ ἀδεῶς διεσπαρμένοις ἐπιθέμενοι, παμπληθές τι χρῆμα κτηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων ὑποτέμνονται. nonnunquam fides per se τὴν ἄδειαν significat. vt quum Cicero dicit, *fides de foro sublata est*, quòd tam turbulentæ res erant, vt nemini liceret tutò per sicarios in foro versari. sic Macrob. scribit lib. 1. Saturnaliorũ cap. 15. noctẽ sublustrẽ, quæ est idibus, quũ est pleniluniũ, Iovis fiduciã appellatã, quod tũ maior esset ἄδεια, si quis vellet iter facere nocturnum. verba auctoris hæc sunt. *Diẽ verò, vel qui nocturnis caret tenebris, Iovis fiduciã Tusco nomine vocaverũt. nam Iovẽ accipiũt lucis auctorẽ, vnde et Luceciũ salij in carminibus canunt, et Cretẽses, Δία τὴν ἡμέραν vocãt: ipsi quoq; Romani Diespitrẽ appellãt, vt diei patrẽ*. iã ante huius loci meminimus. ἄδεια *safe conduict, passeport.*

Ἐὰν ταύτην τὴν αἰτίαν περὶ ἑαυτῆς λέξωσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι) præpositio designat finalẽ, quã vocant caussam. Thucid. οὐδὲ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔφασαν, ἐσελθεῖν ἐπὶ τούτῳ. Plato Apologia, οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται ὁ δικαστὴς, ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια: ἀλλ' ἐπὶ τῷ κρίνειν ταῦτα. nõ in hoc sedet Iudex, vt iura condonet, sed vt diiudicet. Seneca ad Luciliũ, *qui in solem venit, licet nõ in hoc venerit, colorabitur*. ἐπὶ τούτῳ vel εἰς τοῦτο,

Latinũ enim ambiguũ eſt quarti caſus ſit, an ſextis Iulianus, πᾶσα ἡ πόλις ἐπὶ τούτῳ συῤῥεῖ. tota civitas cõfluebat ad coemendũ frumentũ in ſũma caritate annonæ. Chriſtus natus eſt, et ſuſcepit humanã naturã ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. Iulianus Miſopogóne, σὺ ὥσπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ταχθεὶς, Ἀσκληπιοῦ χεῖρα πανταχοῦ ζηλῶν, ἃ πάντα ἐπέρχῃ λογίῳ τε καὶ σωτηρίῳ πνεύματι. hæc Iulianus, vt φιλέλλην magis quàm φιλόχριστος ad ſuũ Iamblicũ ſcripſit, quẽ plus oculis ſuis amabat. quãto verius hæc dicerẽtur in Chriſtũ, quẽ ille barba ſua plus oderat. nã id ipſũ Petrus de Chriſto teſtatur Act. 10. Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. hic verus eſt Aeſculapius humani generis. ſcripſit autẽ Iul. τὸν μισοπώγωνα, hác occaſiõe vt narrat Soz. cũ Antiochiã veniſſet, Antiocheni, qui amore Chriſti illũ iuſto odio proſequebãtur, vt erant homines faceti, cœpêre ad barbæ prolixitatẽ eius illudere & barbã vellere, vt aiũt (barbã enim gerebat phloſphorũ more promiſſã et ſquallidã) deniq; in eũ quãvis imperatorẽ, eiuſmodi dicta dicebãt, poſſe quẽvis ἐκ τοιούτου πώγωνος πλέκειν σχοινία, plicare è tali barba funiculos. hinc ille cõmot⁹ ſcripſit illũ libellũ lepidũ, quẽ inſcripſit μισοπώγωνα, qui cótinet perpetuã ironiã quo execratur ſuã barbã. quid mihi cũ iſta barba? cur nó ita nat⁹ ſũ vt iſti molles & delicati, qui me irridẽt nã ſi aliis, inquit, licet σκώπτειν εἰς τὸν πώγωνά μου nó intelligo, cur mihi ipſi nó liceat. ſed ad inſtitutũ revertamur. in his etiã ἐπὶ declarat finẽ & cõſiliũ. Idẽ Iuliã. ſcribit, Corin. χαιρόμενον ἐπὶ τῇ βλάβῃ καὶ λύμῃ τῶν ἀστυγειτόνων novis rebus ſtudere in dãnũ et perniciẽ vicinorũ

Lyſias aliâ quâdam oratione contra alium Eratoſthenem; μισθωσάμενος πάντας ἀνθρώπους ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς πόλεως, in perniciem civitatis. Thucid. lib 4. αὐτός τε οὐκ ἐπὶ τῷ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσει δὲ τῶν ἑλλήνων παρελήλυθα. hæc Braſidas dux Lacedæmonius. & mox, μάρτυρας μὲν θεοὺς, καὶ ἥρωας τοὺς ἐγχωρίους ποιήσομαι, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ ἥκων οὐ πείθω. Plut. Dione, *Pronunciavit voce preconis* ὅτι Δίων καὶ Μεγακλῆς ἥκοντες ἐπὶ καταλύσει τῆς τυραννίδος, ἐλευθεροῦσι τοὺς Συρακουσίους. ad Galatas 5. ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοί. ad Epheſios 2. αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ θεὸς, ἵνα περιπατήσωμεν ἐν αὐτοῖς. ἐπὶ declarat finalem cauſſam, vt ἵνα, quod ſequitur, exponit. Dem. contra Neæram καταστίθησιν αὐτῆς τὰς εἴκοσι μνᾶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ, καὶ ἐφ' ᾧ ἐν Κορίνθῳ μὴ ἐργάζεσθαι, numerat pro illa viginti minas, vt libera eſſet, & ne Corinthi queſtum meretricium faceret. idem valet ἐφ' ᾧ, quod ὥστε, vt in eadem oratione, εἰς δὲ τὴν Κόρινθον οὐκ ἐξῆν, αὐτῇ ἐπανελθεῖν, διὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ ἀπηλλάχθαι, ὥστε ἐν Κορίνθῳ μὴ ἐργάζεσθαι, quia hâc de cauſſa meretrix illa pulſa eſt Corintho, ne poſtea artem Corinthi meretriciã factitaret. ad Philip. 3. διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ κυρίου. propter quod comprehenſus ſum à Domino: quod eſt pærmiũ æternæ vitæ. ſed 5. ad Rõ. aliud eſt ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, ἀντὶ τοῦ ἐν ᾧ. ſic ἐφ' ᾧ τε cũ infinitivo. Dem. contra Neæram, πρόκλησιν αὐτὸν προκαλεσάμενον δικαίαν, παραδοῦναι θεραπαίνας, ἐφ' ᾧ τε βασανίσαι αὐτὰς, tradere ancilias vt torquerentur, vtque in eas quæreretur. Xenophon, αἱρεθέντες ἐφ' ᾧ τε συγγράψαι νόμους, delecti, qui leges conſcriberent,

rent

rent, Aesch. ἐφ' ὧτε βοηθήσειν & cum indicativo sine expletiva particula apud eundẽ Xenophontẽ symposio; sunt quidam, inquit, οἱ πάνυ πολλὰ ἔχοντες χρήματα, οὕτω πένεσθαι ἡγοῦνται, ὥστε πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑποδύονται ἐφ' ᾧ πλείονα κτήσονται. qui pecunia abundantes, sic se egere existimant, vt nullum non laborem subeant, nullum non periculum, quò plura acquirant. sic enim hoc ἐφ' ᾧ Latinè reddere debemus. Cicero. *qui dabat quærere non debuit, quò ille qui accipiebat, sumeret.* Ἐφ' ᾧ ὁ λαβὼν ἐδανείσατο. Terent. *Sumeres alicunde*, ἐδανείσω ἂν πόθεν. Horatius, *Quod superat, non est melius, quo insumere possis.* ἐφ' ᾧ ἀναλίσκοις. hîc quo, non videtur adverbium. dictum .n. est *quo insumere* ἀντὶ τοῦ in quo sumere, vt in hîc sit ἐπί. Plautus Trin. minus hercle in hisce rebus sumptum est sexminis: hic sumere est δαπανᾶν. act. 21. καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς. Iuven. *quò mihi divitiæ, si non conceditur vti?* ἐφ' ᾧ μοὶ πλοῦτος, εἰ μὴ ἔξεστι χρῆσθαι. Tacitus Annal. 1. *Quædam vi tractanda, quo cæteris quies sit*, ἐστὶν οἷς βίᾳ χρηστέον, ἐφ' ᾧ τοῖς ἄλλοις ἡσυχίαν γενέσθαι. Atque in his omnibus exemplis caussa finalis attenditur. quibus addendum illud ex Demosthene primâ κατ' Ὀνήτορος ἐξούλης. προϊστάμενος δ' ἐπ' ἀποστερήσει τῶν ἐμῶν, Ἀφόβου, qui tuebatur Aphobum, quò me privaret bonis. at quum idem Dem. dicit. ὀργιζόμενος δ' ἐπὶ τούτοις, & ὀργισθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπάτῃ, efficientem caussam intelligit, & quod facit irasci. sic Iulianus, ἐπαινεῖται Πηνελόπη σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἐπὶ φιλανδρίᾳ. Plut. Dione de Syracusanis, ϑυφῶντες ἤδη, καὶ μεγαλοφρονοῦντες, ἐπὶ τῷ μηδενὸς ἀκούειν, superbientes ex eo quod erant sine

ſine imperio, ἐπὶ ἀναρχίᾳ. Euripides Cyclope, ἀκούει δ' οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενός. Iſocr. contra Sophiſtas, Ὅμηρος, ὁ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ σχών. Xenophon Sympoſio, ἀλλὰ σὺ αὖ ἔφη ὦ Νικήρατε, ἐπὶ ποίᾳ ἐπιστήμῃ μέγα φρονεῖς. reſpondet hic ἐπὶ κάλλει: ille ἐπὶ πλούτῳ, Charmides ἐπὶ πενίᾳ: Socrates (quod riſêre omnes) ἐπὶ μαστροπείᾳ. Iulianus, ὃν εἰ μὲν ζηλώσεις, αὐτός τε εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ τῷ βίῳ δώσεις, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐφ' ὅτῳ φιλοτιμήσηται, vitæ dabis, in quo glorietur. at in illo Mat. 26. finem attendimus. ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; quorſum ades? ſic apud Soph. Philoctecta, Δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας, Γενναῖον εἶναι. at hoc idem rurſus apud Plut. Cimone, cauſſam efficientem notat, ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα χαλεπῶς ἐνεγκόντες οἱ σύμμαχοι μετὰ τοῦ Κίμωνος ἐξεπολιόρκησαν αὐτὸν (propter occiſam virginem, quam Pauſanias, vt ſcribit Plutarchus, ἐπ' αἰσχύνῃ μετεπέμψατο, ſed in cubiculo per imprudentiam occiderat. ſic Dem. dicit Phrunonem miſiſſe filium impuberem ad Philippũ, ἐπ' αἰσχύνῃ καὶ ἐφ' ὕβρει: quibus finem ſignificari vides.) Plutar. ibidẽ. ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἡδέως ὁ δῆμος ἔσχεν. quia Cimon Athenas è Scyro detulerat quadringentis pòſt annis Theſei reliquias. ſed vtriuſque cauſſæ duo luculentiſſima apud Arrianum obſervavimus exempla lib. 2. de reb. geſtis Alexandri, ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ πολλὴ μὲν ἐν Ταρσῷ τριβὴ ἐπὶ τῇ νόσῳ ἐγίγνετο, οὐκ ὀλίγη δὲ ἐν Σόλοις, τοῦτ' ἔσφηλε Δαρεῖον τῆς γνώμης. morbum Alexandri cauſſam moræ vides. at paulò poſt, finem hæc præpoſitio declarat, ὑπὸ τῶν καθ' ἡδονὴν ξυνόντων τε, καὶ ξυνεσομένων ἐπὶ κακῷ τοῖς ἀεὶ βασιλεύουσιν, ἐπαιρόμενος ἔγνω μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω, ab his, qui per volupta-

In lenocinio.

voluptatem verſantur cũ regibus, & ſemper in corruptelam eorum verſabuntur, elatus, ſtatuit non vlterius velle Alexaudrũ progredi. Non rarò ἐπὶ cum tertio caſu conditionẽ ſignificat. Iſocrates, βαπζιπκῷ, *ni id non fecerit, dixit ſe,* δίαιταν ἐπὶ ῥητοῖς ἐπιτρέψειν Σατύρῳ. ἐφ᾽ ᾧτε καταγιγνώσκειν ἡμιόλια αὐτοῦ τὰ χρήματα, arbitriũ dictis cõditionibus compromiſſurũ Satyro, vt condẽnaret eum tanta pecunia, atq; ſemiſſi. Dem. πρὸς Διονυσόδωρον, δανειςάμενος παρ᾽ ἡμῶν ἐπὶ τῇ νηὶ δισχιλίας δραχμὰς, ἐφ᾽ ᾧτε τὴν ναῦν καταπλεῖν Ἀθήναζε. Thucid. lib. 1. veteres regna habebant avita ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι certis honoribus ex pacto conſtitutis. Xenoph. 7. Hellen. πολλῶν δὲ Ἀθηναίων λεγόντων, ὡς δέοι ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις τὴν ξυμμαχίαν εἶναι. pari iure. Thuc. lib. 1. *ex iure ſe paratos eſſe dicebant* διαλύεσθαι κατὰ τὰς συνθήκας περὶ τῶν ἐγκλημάτων, ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, ſubaudi μοίρᾳ parte. idem, ἀποικίαν ἐκήρυσσον ἐς τὴν Ἐπίδαμνον, ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι. Iulian. κατάγειν σφᾶς ἐπ᾽ ἀκεραίοις τοῖς πρόσθεν ἠξίου reducere exuias poſtulabat hac lege vt omnia quæ prius acta erant, integra eſſent, & infecta, vt quũ Athenienſes ἐψηφίσαντο τὴν ἀμνηςείαν. ſic ἐπὶ τόκῳ δανείζεσθαι. Dem. Olynthiaca prima. δέδοικα, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν: οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες, καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες. Idem de ementita legatione. ἦν, δέδοικα μὴ λελήθαμεν, ὥσπερ οἱ ἐπὶ πολλῷ δανειζόμενοι, ἄγοντες, pacem videlicet. Iſocrates Archidamo, ἐπὶ δὲ τούτοις πίστιν ἀλλήλοις δόντες ἐποιοῦντο τὴν στρατείαν. Plautus Aulularia. *ſed his legibus ſi quam dare vis, ducam, quæ cras*

veniat

ansit, *perendiè foras feratur soror*. *his legibus quã Alcmenus cedo*, *nuptias adorna*, ἐπὶ τούτοις Euripides Ione, ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' ἐς μυχὸν, in domi ne penetrate intimum, nisi cæsis antè victimis, Dem. πρὸς Τιμόθεον, οὔτε γὰρ ἐπ' ἐνεχύρῳ, οὔτε μετὰ μαρτύρων ἔδωκε, neq; pignore opposito, neq; adhibitis testibus dedit. πρὸς Διονυσόδωρον, καὶ ἐπὶ ταύτας τὰς ὑποθήκας, δανείζονται παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ νηὶ τρισχιλίας δραχμὰς ἀμφοτερόπλουν, & sub his conditionibus mutuantur à nobis, navi opposita, ter mille drachmarum, reciproca navigatione. Cæsar lib. 3. de bel. Civ. *Condiciones pacis*, *quoniam anteà convenire non potuissent*, *Romæ à senatu & à populo peti debere*. τὰς τῆς εἰρήνης ὁμολογίας, ἐπειδὴ πρότερον οὐκ ἐξεγένετο συμβαίνειν, ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου αἰτεῖσθαι δεῖν. Eurip. Phœnissis.

— Ξυμβάντ' ἔταξαν τὸν νεώτερον πάρος
φεύγειν ἑκόντα τήνδε πολυνείκην χθόνα. & mox
— Ζεῦ σῶσον ἡμᾶς. δὸς δὲ ξύμβασιν τέκνοις.

De his autem iam diximus. sed ferè eiusmodi conditiones finem notant. ex quo intelligitur finem & efficientem primarias esse caussas. nam forma cum his sæpe incidit, vt non vno loco docet Aristot. materia est caussa non caussa. Dionysius Halicarnas. ἐπὶ κοινωνίᾳ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐγγυῶν τοὺς γάμους, despondens nuptias, de Romulo. Iam huius præpositionis multiplicem vsum sed non omnem docuimus. sed vereor ne sint hæc nimium multa.

Κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ τὴν θεράπαιναν) Primum Euphiletus sua confirmavit legibus, & testimoniis, quæ sunt apud Arist. πίστεις ἄτεχνοι. deinde gravis-

gravissimam conquestionem adhibuit, quam Rhetores δείνωσιν appellant, qua & magnitudinem iniuriæ, quæ sibi facta est, proposuit, & iudicibus denũtiavit, quantum periculum civitati immineret, si leges negligerent, sceleratis autem hominibus impunitatem concederent. nunc accedit ad refutationem, & calumnias adversariorum refellit. est igitur hæc iam quarta pars orationis. hactenus enim habuimus προοίμιον, διήγησιν. κατασκευὴν, nunc sequitur ἡ ἀνασκευή. quædam confutavit statim post expositionem, & in eo servavit præceptum Quintiliani, qui ante omnia tollenda existimat, quæ nobis obesse videantur. sed tunc vnum, aut alterum tantummodò calumniam breviter, & strictim refutavit. nunc iusta sequitur refutatio, in qua diutius insistit. sed quid illud est, quod accusatores obijciunt? missam fuisse ancillam ab Euphileto, quæ Eratosthenem arcesseret, atque vti quàm primum veniret ad Euphiletum magnopere rogaret. velle enim eum convenire, & de re communi cum eo agere. Adolescentem, qui nihil subesse putaret insidiarum, venisse, domique ab Euphileto necatum fuisse, & immani crudelitate iugulatum: quia Euphiletus eum, propter formam & ætatem de vxore suspectũ haberet. hæc obiiciunt accusatores. hæc reus quomodo refellit, videamus. refellit primum κατ' ἀντιπαράστασιν, Etiamsi, inquit, verum esset, quod illi dicunt, & ego quovis modo dedissem operam, vt opprimerem domi meæ cum vxore hominem tam nefarium & impurum, omnium iudicio, opinor, rectè fecissem, nec quisquam tam iniquus

O 2. repe-

reperietur, qui illud factum reprehenderet: qui mihi non ignoſceret: qui non Eratoſthenem iure cæſum putaret. hæc eſt ἀντιπαράστασις. deinde βιαιότερον obſiſtit huic crimini κατ' ἔνστασιν. ſed ego nihil iſtorum feci. falſum eſt quod obiiciunt. Eratoſthenes ſuâ ſponte veniebat domum meam ad vxorem, cum qua tam diu, clam me, conſueverat, non meo miſſu, neque rogatu. hæc eſt ἔνστασις. multa dicuntur apud oratores κατ' ἔνστασιν, καὶ ἀντιπαράστασιν, cuius híc quidem luculentiſſimum habemus exemplum. Sed quò res ſit illuſtrior addamus aliud ex Cicerone. Philip. 2. Antonius obiecit Ciceroni, non expertem eum fuiſſe conſiliorum Bruti, & reliquorum. immò eo impulſore Cæſarem interfectum eſſe. quid ad hæc Cicero? Etiamſi, inquit, verum diceret Antonius, non modò non negarem hoc crimen, ſed vltrò etiam præ me ferrem, & palam prædicarem, ac facinus illud ſummæ mihi laudi ducerem. hæc eſt ἀντιπαράστασις. ſequitur ἔνστασις. Sed falſum eſt, quod dicit Antonius: me neque autore neque ſuaſore egêrunt illi, quod egêrunt. ne particeps quidem eram illorum conſilij: ſed οὐδὲν οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ ῥήτορος. *hæc vetera. illud verò recens, Cæſarem meo conſilio interfectum. Iam vereor P.C. ne quod turpiſſimum eſt, prævaricatorem mihi appoſuiſſe videar, qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam oneraret alienis. quis enim meum in iſta ſocietate glorioſiſſimi facti nomen audivit? cuius autem qui in eo numero fuiſſet, nomen eſt occultatum? occultatum dico? cuius non ſtatim divulgatum?* Milonis defenſio tota tractatur κατ' ἔνστασιν καὶ ἀντιπα-

ράστασιν

ἐργάσιν. Milo non insidiatus est Clodio, sed Clodius Miloni. id multis argumentis docuit, atq; in eo versata est prima pars defensionis: in quo est ἔνστασις. tum se convertit ad ἀντιπαράστασιν. Quamvis Milonẽ faterer insidias locasse vitæ Clodii, tamen facilè esset illũ defendere, qui interfecisset hominem tam nefarium. *Si nollem*, inquit, *ita diluere crimen, vt dilui: tamen impunè Miloni palàm clamare, atque mẽtiri gloriosè liceret, Occidi, occidi non Spurium Meliũ, non Tib. Gracchum &c.* quam partem defensionis M Brutus adolescens, vt narrat Fabius, cum illam caussam exercendi ingenij caussa ageret, νεανικώτερον arripuit, & solam tuebatur.

Μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον) arcessere. Dem. κατ' ἐνέργου καὶ μνη: ἐβούλου, καταλαβὼν δὲ αὐτὸν οὐκ ἔνδον ὄντα, ἐκέλευσα τὴν ἄνθρωπον τὴν ὑπακούσασαν, μετελθεῖν αὐτὸν, ὅπου ἂν εἴη. quũ ipsum non offendissem domi, iussi ancillam quæ ad fores responderat, arcessere. & paullò post, ὡς δὲ ἀφικνεῖται ὁ Θεόφημος, μετελθούσης αὐτὸν τῆς ἀνθρώπου. eadem vis est præpositionis in verbo μεταπέμπομαι, quod est mitto, qui iubeat alium ad me venire. tot enim res significantur vno verbo. sic μετακαλεῖσθαι ad se vocare. sic in aliis verbis eiusdem generis μετὰ valet ad: Euripides supplicibus μὴ μοί τι μητὴρ, ἣν μεταστείχω ποδὶ χρονίαν ἀποῦσαν ἐκ δόμων, ἔχῃ νέον. Ne mihi quid mater, quam adeo, cùm diu abfuerit domo, habeat novi Idem Hecuba, Talth. *tuam puellam mortuam, vt sepelias mulier*, ἥκω μεταστείχων σε. respondet Hecuba, οὐ γὰρ ὡς θανουμένους μετῆλθες ἡμᾶς. Non ergo vt morituros venisti ad nos. nota masculinum plurale de fæmina; quod fit

quoties pluralis vnam personam significat.

Sophocles Philoctetâ.

Ἦλθον με ναῒ ποικιλοστόλῳ μετὰ,
Δῖος τ' Ὀδυσσεὺς χ' ὁ τοῦ Θησεὺς ἐμοῦ παιδὸς.

anastrophe, ἦλθον μετ' ἐμὲ. venerunt ad me vel me petebāt navi velis insignibus. Apollonius Argonāticis, ἀλλ' ὅτε δὴ μετὰ κῶας ἔβη χρύσειον Ἰήσων, quum Iason peteret aureum vellus. Iliad. α. ζεὺς γὰρ χθιζὸς ἔβη μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. Odisséæ, ξ.

— ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκουὴν,
Ἐς Πύλον ἠγαθέην, Telemachus. Iliad. ϛ.

Τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ. βῆ δὲ μετ' ἄλλους.

Sic sæpissime apud Polybium reperias τὸ μεταπορεύομαι. Iliad. Z.

Ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης
Ἔρχευ, ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι, ὄφρα καλέσσω. I tu quidem ad templum Minervæ: ego Paridem adibo vt huc advocē. idem est igitur πρὸς καὶ μετὰ. Eustathius, μετελεύσομαι εἰς τὸν Πάριν ἐλεύσομαι. Iulianus, δις ἔχω σε μετέρχομαι. quoniam, inquit, mihi natura non dedit corpus alatum, quibus possum alis ad te advolo. mox enim sequitur, ἴσῃ δήπου καὶ σοὶ τῶν λόγων, εἰ καὶ μὴ μείζων ἢ πέρωπις, ἢ τοὺς ἑταίρους μεταθεῖν δύνασαι. sic enim legendum, non vt est in excuso libro μεταθεῖναι. Plato Parmenide. ὥσπερ γε αἱ λάκαιναι σκύλακες, εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα. Sic Hom. μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο. Sophocli Trachinijs μετάδρομοι κακῶν κύνες sunt Erinnyes. μετέρχεσθαι, μετιέναι persequi vel operam dare rei cuipiam. Iliad. ε. ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο, de venere dictum à Iove: non enim nata es ad bella: da operam liberis

beris

beris. at μετιέναι τοὺς λόγους dare operam literis. Iulianus, ἑλληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον ἡμῶν ἕνεκα τῶν μετιόντων αὐτόν: Græcæ literæ nondum sunt, vt ratio postulat, & hoc inertiæ nostræ largiamur, qui illis operam damus tam segniter. quod idem reperies apud Sozomenum. μετιέναι τὴν φιλοσοφίαν Philosophiæ studere. μετιέναι τὴν ὑπατείαν consulatum petere. Pindarus Pythionicis, σύ τοι νὶν κλυτᾶς αἰῶνος ἄκραν βαθμίδων ἄπο, σὺν εὐδοξίᾳ μεταν[ίσσεαι], ἕκατι χρυσαρμάτου Κάστορος. tu divitias ab ævi inclyti imis fundamentis magna cum gloria persequeris, adiutus à Castore, qui curru vehitur aurato. τὸ μετελθεῖν est etiam ἐκδικεῖν exponente Eustatio. sic enim scribit, οἱ δὲ μεθ' ὅμηρον ἐπὶ ἀμύνης καὶ ἐκδικήσεως τὴν λέξιν τιθέασιν, οἷον μετῆλθεν ἡ δίκη τὸν κακόν, improbum vltio persecuta est. hoc convenit cũ Sophocleis canibus κακῶν μεταδρόμοις. Polyb. lib. 6. καὶ μὴν ταύτης εἰς ὀλιγαρχίαν ἐκτραπείσης κατὰ φύσιν. τοῦ δὲ πλήθους ὀργῇ μετελθόντος τὰς τῶν προεστώτων ἀδικίας, γεννᾶται δῆμος. multitudine per iram vlciscente iniurias principiũ exoritur popularis status. Ælian. l. 15. c. 23. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ δίκη τιμωρὸς μετῆλθεν αὐτόν. Soph. Trachin. ὧν σε ποίνιμος δίκη— Τίσαιτ' ἐρινύς τε. Idẽ ἐπίσταλο καὶ μετῆλθεν. Eurip. Orest. ὡς ταχὺ μετῆλθον σ' αἷμα ματέρος θεαί. de Oreste quẽ Erinnyes ob parricidiũ persequebantur. proverbium, ἡ ἀμαῖα τὴν ἀζησίαν μετῆλθεν, i. ἡ Δημήτηρ τὴν κόρην, Ceres Proserpinã, quæ est vitæ privatio. Ceres autẽ ἀμαῖα παρὰ τὸ ἀμᾶν metere. de iis dici solebat, qui quærunt aliquid diutius.

Τὸν νεανίσκον) ergò adolescens erat Eratosthenes, & quidẽ robustus, ac formosus adolescens. sed qualẽ habuit exitũ audivimus. ὡς βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, tanquã bos ad

præsepe occisus est. nemoq; eorum, qui similibus delectati sunt studiis, similē ferè exitum effûgit: sed aut vitã, vt iste, per summum dedecus amisit, aut quod multo gravius est, sic cũ summo dedecore & infamia vixit. vt vita eius quâvis morte esset miserior. τῷ γὰρ ἀκρασία, καὶ ἀσελγεία συζῶν μέγιστον τῶν κακῶν, inquit Plato. illisq; hominibus esset ὁ θάνατος ἕρμαιον. præclarè enim à Chrysostomo scriptũ est ὁμιλίᾳ quadã: cum Deus Adamũ posteaquã tã graviter peccasset, morte multaret, hoc nõ fuisse pœnã, sed beneficiũ. quenvis enim mors sit pœna peccati & stipendiũ, tamen quia peccatũ præcidit, in lucro omnibus improbis deputãda est, quãto magis sanctè viuentibus, acutè Boethius, *feliciores esse improbos supplicia luentes, quã si nulla eos iustitiæ pœna coerceat.* Atq; hìc videmus quàm verũ sit illud Aristotelis. multis exitio fuit eximia pulchritudo: non paucis egregia virtus, & magna vis corporis. quid ego commemorẽ Alcibiadẽ? quid Milonẽ Crotoniatẽ? quid Catilinã? quid M. Antoniũ? quid alios innumerabileis? quorũ excellẽs forma & cetera corporis πλεονεκτήματα, non sibi solum, sed suis etiam civibus calamitati fuêre. Iuven.

Nunc ergo iuvenis facie lætare tui, quem
Maiora expectant discrimina: fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet quascunque mariti
Exigere irati: nec erit felicior astro
Martis, vt in laqueos nunquã incidat: exigit autem
Interdũ ille dolor, plus quam lex vlla dolori
Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus. quosdam mœchos & mugilis intrat.

(hoc illud est, quod apud Terent. Eunucho Pythias

Chæream

Chæreã pati dicit. *Fit ei intus, quod Mœchis fieri solet: quod neque fieri vidi, neque velim*) Iuve.-- *Filius autem*

Corporis egregij miseros trepidosque parentes
Semper habet. rara est adeo concordia formæ,
Atque pudicitiæ, sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinos.

Galenus ἐν τῷ προτρεπτικῷ, πολλοῖς συνέβη περιβλέπτοις διὰ τὸ κάλλ⊕ γεγενημένοις, ἀμελῆσαι τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, εἶθ' ὕστερον, ὅτ' οὐδὲν ὄφελ⊕, λέγειν, εἴθ' ὤφελε τὸ κάλλ⊕, ὅ με διώλεσε, κακῶς ὀλέσθαι. multis contigit conspicuis ob insignem pulchritudinem, negligere cultum animi: dein dicere, cum nihil iam proderit, vtinam hæc forma male perisset, quæ me perdidit. recte enim Euripides ait, non expedire περαιτέρω τὸ κάλλ⊕, ἢ μέσως λαβεῖν. hæc dicenda nunc erant ἕνεκα τοῦ καταστέλλειν τοὺς νέους, ἐπαρθέντας καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῷ κάλλει. ad comprimendos adolescentes qui sese efferunt, & insolescunt formæ fiducia.

Forma bonum fragile est. quantumq; accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.
Non semper violæ, non semper lilia florent. Ouid de arte 2.
Et riget amissa spina relicta rosa.
Iam molire animum, qui duret: & astrue formam.
Solus ad extremos permanet ille rogos.

Theocritus, ---- ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα
Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει
Λευκαίνων ὁ χρόν⊕. ποιεῖν τι δεῖ, ὅις γόνυ χλωρὸν.

A temporibus senescimus omneis: & longius ad mentum serpit canis aspergens ætas, faciendum est aliquid, quibus genua adhuc virent ac vigent.

Ἐμοὶ γὰρ φίλος ὢν Σώστρατος, καὶ ἀπαντήσας ἐξ ἀγροῦ περὶ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει) locus τῶν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, vt vocat Hermog. i. τῶν σημείων. quatuor autem sunt, quibus probat se non insidiatum esse Eratostheni, nec per dolum ad se evocasse vt interficeret. Primũ illo die serà vesperà rediens ex agro, fortè amicum quendam, obviam ei factus, adduxi domum, qui mecum cænaret. cænavimus vnà. at si quicquam de insidiis cogitassem, aut ego misissem ancillam ad Eratosthenem, quæ eum vxoris rogatu domum adduceret, ipse potius cœnassem foris apud amicum aliquem, & consultò domi non essem, vt Eratosthenes audacius intraret. nam si domi me esse scivisset. minus auderet intrare. fingebant enim accusatores eũ arcessivisse Eratosthenẽ vxoris nomine, et misisse ancillã, quæ diceret, iã tempus esse oportunum, ipsam esse solam, maritũ domi nõ esse. ancilla enim internũtia erat: & vltrò citroq; inter eos solita est commeare. nam si dixisset Euphiletũ suo nomine misisse, non fuisset probabile. tũ enim iure Eratost. suspicaretur aliquid insidiarũ subesse, neque se temere cõmisisset in tantũ periculũ: hoc primum iudiciũ est.

Εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς μόνος καταλειφθῆναι) secundum signum. à cæna continuò dimisi Sostratum: quem, si insidias struxissem, aut Eratosthenem interficere vellem, retinuissem, qui mihi in facinore adiumento præsidioque esset. sciebam enim mihi cum robusto adolescente certamen fore.

Ἔπειτα οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ᾽ ἡμέραν παραγγεῖλαι) tertium. egone id temporis, si à me cogitatum esset hoc facinus, nocte intempesta tre-

trepidarem, festinarem? huc illuc per tenebras cursitarem? amicos convocarem? quàm hoc non verisimile? nonne interdiu potius constituissem cum amicis, ut mihi ad tempus certum adessent, quo tempore illum aggredi cogitassem? tam eram amens, ut vicinos meos interdiu non convenirem: noctu adirem, quum incertus essem, domi nécne eorum quemque offenderem?

Καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας) quartum argumentum. mihi verò illa res ita præter spem, & præter expectationem accidit, ut, cum subitò mihi advocandi essent aliquot amici, ad eos irem, qui domi non erant, immo qui ne in urbe quidem tum erant, sed peregrinabantur. adeo res erat repentina atque inopinata, de qua nihil vnquam cogitaram. atque ita hunc locum explevit, τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quæ sunt apud Hermogenem, κεφάλαιον τοῦ στοχασμοῦ. heic autem status quæstionis est coniecturalis, an Euphiletus Eratostheni insidias fecerit, & an domum ad se vocaverit. Sunt autem τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quæ rei gestæ sunt adiuncta à principio ad finem: dicta, facta, perturbationes animi, pallor in vultu, titubatio linguæ, & eiusmodi, denique ea omnia, quæ vulgus Rhetorum σημεῖα vocat. Cic. Partitionibus. *Est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti vestigiis sumitur: ut telum, cruor, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconstans, tremor, & eorum aliquid, quod sensu percipi possit: etiam, si præparatum aliquid*, si communicatum cum aliquo: si postea visum, auditum, indicatum. hæc σημεῖα sunt. τεκμήρια de quibus eodem

lib.

lib. Fil. *Nunc coniecturæ locos quæro. Pater. in verisimilibus, & in propriis rerum notis posita est tota: sed appellemus docendi gratia verisimile, quod plerumque ita fiat: ut adolescentiam procliviorem esse ad libidinem. propriæ autem notæ argumentum, quod nunquam aliter fiat, certumque declarat, ut fumus ignem.* hoc τεκμήριον est, illud εἰκὸς, καὶ σημεῖον. utrumque Hermogenes complectitur τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. ut autem τὸ τεκμήριον propriam rei notam vocat Cicero: sic σημεῖον est nota communis. quare & Arist. σοφιστικοῖς ἐλέγχοις, hoc genus argumentandi dicit esse ἀσυλλόγιστον, & fallaciam παρὰ τὸ ἑπόμενον. ἐν δὲ τοῖς ῥητορικοῖς, αἱ κατὰ τὸ σημεῖον ἀποδείξεις, ἐκ τῶν ἑπομένων εἰσί. βουλόμενοι γὰρ δεῖξαι ὅτι μοιχὸς, τὸ ἑπόμενον ἔλαβον, ὅτι καλλωπιστής, ἢ ὅτι νύκτωρ ὁρᾶται πλανώμενος. πολλοῖς δὲ ταῦτα μὲν ὑπάρχει τὸ δὲ κατηγορούμενον οὐχ ὑπάρχει. idem docet 1. Rhetorices, τῶν σημείων τὸ μὲν ὡς τὸ καθ' ἕκαστον πρὸς τὸ καθόλου, ut si quis hoc signum afferat sapientes esse iustos, quia Socrates sapiens erat, & iustus, τοῦτο μὲν οὖν σημεῖον ἐστὶ, λυτὸν δὲ κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ εἰρημένον. at siquis dixerit, ægrotat: nam febricitat: aut peperit, quia lac habet, hoc iam necessarium est, ὃ ἄρα τῶν σημείων τεκμήριον μόνον ἐστί. μόνον γὰρ, ἂν ἀληθὲς ᾖ, ἄλυτόν ἐστιν. aliud signi genus est, inquit, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος ἔχον. οἷον εἴ τις εἴπειεν, ὅτι πυρέττει σημεῖον εἶναι. πυκνὸν γὰρ ἀναπνεῖ. λυτὸν δὲ καὶ τοῦτο, κἂν ἀληθὲς ᾖ, ἐνδέχεται γὰρ καὶ μὴ πυρέττοντα πνιδιᾶν, anhelare. hæc signa communia elenchum efficiunt, παρὰ τὸ ἑπόμενον, omnis febricitans crebrò respirat. hic crebrò respirat. ergò febricitat. quod genus

ἐν τοῖς ἀνδρ(γ)υτικοῖς vocat ἀσύστατον. Quintilianus lib. 5. cap. 9. *Signum vocant, ut dixi, σημεῖον. quanquam id quidam indicium, quidam vestigium nominavêrunt, per quod alia res intelligitur, ut per sanguinem cædes. at quia sanguis vel ex hostia respersisse vestem potest, vel è naribus profluxisse, non utique qui vestem cruentam habuerit, homicidium fecerit. sed ut per se non sufficit, ita ceteris adiunctum testimonij loco dicitur, si inimicus, si minatus antè, si eodem loco fuit: quibus signum, cùm accessit, efficit ut quæ suspecta erant, certa esse videantur.* (Itaque hic Lysias signorum numero pugnat, quia vnumquodque per se non satis erat validum: atque hoc est, quod idem Fabius lib. 7. scribit, *Congregationem signorum accusatorem iuvare*, separationem reum, (sed id ὡς ἐπὶ πολὺ: nam hic contra reus signa coacervavit) *alioqui*, inquit Quintil. *sunt quædam signa utrique parti communia, ut livores, tumores. nam videri possunt & veneficij, & cruditatis, & vulnus in pectore, sua manu, & aliena perisse dicentibus. tale est illud Hermagoræ, non esse virginem Atalantam, quia cum iuvenibus per sylvas vagetur. & quod Areopagitæ secuti sunt, quum damnavêrunt puerum coturnicum oculos eruentem. quid enim aliud iudicavêrunt, nisi id signum esse perniciosissimæ mentis, multisque malo futuræ, si adolevisset. at τεκμήρια sunt*, inquit, *quæ aliter se habere non possunt. quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videntur. nam ubi est*

est signum insolubile, ne lis quidem est: ut, peperit, ergo cum viro concubuit. Quod quidem acutissimo viro miror potuisse in mentem venire, inquit Rodulphus lib.1.cap.22. *Nam si ita esset*, inquit, *nihil eorum, quibus Mathematici inventa sua colligunt, argumentum esset, cùm certis, & de quibus ambigi non possit, rationibus omnia demonstrent. cumq; id agamus argumentando*, ut quam minimũ dubitandi relinquamus locum, qui potest fieri, ut qui ad liquidum indubitatumque rem perduxerit, videatur non esse argumentatus: hæc vir ille doctissimus, quibus falsum esse ostendit, quod Fabius concludit: non tamen argumẽto respondet: nã ubi id genus est argumenti, inquit Fabius, nulla est quæstio. verũ id quidẽ, cum id genus argumenti inventũ est atq; adhibitum: sed potest latere ín re, neque ab omnibus continuó perspici. perspecto autem atque adhibito finis est quæstionis, atque inde appellatur τεκμήριον, ut docet Arist.1, Rhet. ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχεσθαι οἴονται λῦσαι τὸ λεχθὲν, τότε φέρειν οἴονται τεκμήριον, ὡς δεδειγμένον καὶ πεπερασμένον. τὸ γὰρ τέκμαρ καὶ πέρας ταὐτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. Iliad. η.

ὕστερον αὖτε μαχήσοντ', εἰσόκε τέκμωρ

Ἰλίου εὕρωσιν.--- Ridiculum est igitur, quod Fabius scribit, *Signa*, inquit, *sive indubitata sunt, non sunt argumenta: quia ubi illa sunt, quæstio non est. argumento autem nisi in re controversa locus esse non potest: sive dubia, non sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent.* Iam antè respondimus primæ parti dilemmatis: secundam nunc ita dissolvimus. singula per se signa non multum valent: at complura

quid-

coniuncta, & congregata magnam vim habent, & quidvis probare possunt, ipsa nō egēt probatione.

Καί τοί γε εἰ περιῆδειν) retractat tertium argumentum, ut firmissimum κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐπιμονῆς, in his enim quæ firmiora sunt, diutiùs hærendum.

ᾤχετο ἀπιών) verbum hoc ferè participium habet adiunctum. Andocides de Mysteriis, ἔλεγον οἱ ἐχθροί, ὡς ἐγὼ οὐκ ἂν ὑπομείναιμι, οἰχήσομαί τε φεύγων. Ibidem, οὗτοι μετά γε τῶν τεύκρου μένουσιν, ᾤχοντο φεύγοντες. Theoc. Idyl. 2. καὶ ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων. in perpetuum, Heb. לנצח Demost. πρὸς Πολυκλέα, ᾠχόμην ἀναγόμενος διὰ τάχους: & ᾤχετο πλέων alibi. contra Midiam, λαβόντες ᾤχοντο. Plutarchus Dione, πρὸς δὲ τὴν ὀσμὴν ὁ λύκος ἐπελθών, καὶ λαβόμενος τῶν κρεῶν ἀναδεδεμένων ἐκ πήρας, ᾤχετο φέρων ἅμα σὺν αὐτοῖς τὴν πήραν. ἐν ᾗ τὰς ἐπιστολὰς ὁ ἄνθρωπος εἶχε. Post adventum Dionis ad liberandam patriam, missus est nuntius cum literis, qui Dionysium, qui tum erat in Italia, certiorem faceret. is ad conficiendum iter nihil neque diurni temporis intermittit, neque nocturni. iamque in Italiam pervenerat, cum homini fit obviam notus quidam, vitulum mactatum in humeris gestans. poscit aliqnid carnis. dat ei amicus libenter. nuntius in peram condit, in qua erant literæ. iam enim illum viatica defecerant. progreditur: deinde itinere fessus noctu coactus est paullulum requiescere. in sylva quadam sopitus iacet. interim dum tabellarius securus quiescit, lupus esuriens, qui naribus carnis odorem hauserat, ad peram accedit, atque aufert cum epistola ad Dionysium. hoc est quod ait Plutarchus, ᾤχετο φέρων τὴν πήραν. Iulianus, ᾤχοντο

ξύμπαντες

ξύμπαντες, αὐτὸς τὶς ἐθέλων πρῶτος ἐσάλλεσθαι τὸ τεῖχος, καὶ οἴχεσθαι φέρων τὸ ἐπ' αὐτῷ κλέος, ruebant omnes, unusquisque gestiens primus insilire murum, & gloriam auferre tam præclari facinoris. hic rursus videmus, τὸ ἐπ' αὐτῷ declarare antecedentem caussam gloriæ. sed τὸ ἐπὶ τούτῳ finalem declarat apud Platonem 2. de repub. *licet*, inquit, *vitem putare vel cultro, vel scalpello*, ἀλλ' οὐδενί γ' ἂν οἶμαι οὕτω καλῶς, ὡς δρεπάνῳ, τῷ ἐπὶ τούτῳ ἐργασθέντι. sed nulla re, opinor, tam commodè, quàm falce, quæ facta est ad hoc, vel in hunc usum. sed illuc revertamur. Herodotus Terpsicora, οἴχοντο καὶ αὐτοὶ ἀπαλλασσόμενοι. *abijt, excessit, evasit, erupit*, ᾤχετ' ἐξιὼν ἀπαλλασσόμενος, καὶ ἀνὰ κράτος φεύγων. Greg. Nazianzenus de obitu Cæsarij fratris sui, ἐκεῖνο δὲ οὐ δέδοικα, μή μοι τὸ σῶμα τοῦτο διαρρυὲν καὶ διαφθαρὲν παντελῶς οἰχήσηται, ἀλλὰ μὴ τὸ θεοῦ πλάσμα τὸ ἔνδοξον. Dem. de ementita legatione, καὶ πλεῖον ἐρεῖ πῶς, τί; τοὺς δικαστὰς ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ᾤχόμην τὸ πρᾶγμα αὐτῶν ὑφελόμενος. fingebat hoc Aeschines, gloriari solitum Demosthenem, iudices se posse, cum vellet, à re proposita abducere, caussáque illis surrepta aufugere. ᾤχετ' ἀναπτάμενος, evolavit. Iliad. ε.

Ἕκτορ ποῦ δή τοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες. Ennius,
Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementes sese flexére viai.

Quò viæ, mentes dementes, ut δαιμόνιοι ἄδαιμον. ποῦ ὑμῖν φρένες οἴχονται: quamvis enim mens sit à μένος. ut gens à γένος, tamen μένος est vis animi, non ingenij. οἴχομαι nonnunquam est πορεύομαι. Iliad. δ.

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ᾤχοντ' ἠδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο. *when they*

were gone, and well on their way. Sæpe ἀποθνήσκω. Sophocles Philoctetâ, ἤχ' οὗτος οἴχεται θανών. hinc illud, ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει.

οὐκ ἐπιδημοῦντας) huic contrarium ἀποδημεῖν, quod Aristophanes Equitibus posuit μεταφορικῶς, ὁ νοῦς δὲ σοῦ παρὼν ἀποδημεῖ. sic Horatius de Democrito,

Dum peregrè est animus sine corpore velox. Plaut. *Patri cum peregrè veniet, in porta locus est:* ἐπιδημεῖν peregrè venire, ἀποδημεῖν peregrè proficisci.

Τοὺς μὲν οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον) alij, quos quærebam, in urbe non erant, alii non erant domi. Plato Protagora, διὰ τί οὐ βαδίζομεν παρ' αὐτὸν ἵνα ἔνδον καταλάβωμεν. & mox, ὥστε θάρρει, καταληψόμεθα αὐτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔνδον. Lysias contra alium Eratosthenem, καὶ ἐμὲ ξένους ἑστιῶντα κατέλαβον, & me quidem oppressêrunt cùm hospitibus cœnam darem. Idem, καταλαμβάνουσι πρὸς αὐταῖς ταῖς θύραις. Cic. Prô Cluentio; Quòd *Rostra iam diu vacua, locumq́ue illum, post adventum L. Syllæ, à tribunitia voce desertum oppresserat.* Plaut. Bac. *Nihil est lucri quod me hodiè facere mavelim, quã illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necẽ.* Est etiam καταλαμβάνειν fugientem cõprehendere. Paulus 1. Cor. 9. οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε. Xenoph. 4. παιδ. τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων οὐ διωξόμεθα. πῶς γὰρ ἂν καὶ καταλάβοιμεν. interdum mente aliquid comprehendere. nulla est enim celeritas quæ possit cum animi celeritate contendere. hinc dicimus id nos fugere, quod non intelligimus. hinc καταλήψεις, præcepta artium, & κατάληπτον quod percipi potest, & Academicorũ ἀκαταληψία. itẽ dicere solemus νόσον, ἢ λιμὸν, ἢ λοιμὸν, ἢ πόλεμον, ἢ ἄλλην τινὰ περίστασιν ἡμᾶς καταλαβεῖν.

ἵνα

ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο) notandum *ἵνα* cum indicativo. cuius plurima sunt exempla apud Demosthenem: ut *πρὸς Ἄφοβον, ἐξῆν τοίνυν ἄν με τὸν παῖδα τὸ γράφων τὰ μαρτυρίας, ἵν' εἰ μὴ παρεδίδουν. μηδὲν δὴ κἀμὸν λέγειν ἐδόκουν*. & pro Phormione, *ἵνα καὶ τοῖς δοῦσιν ὡς εὐσχημονέστατα ἐφαίνετο*. & contra Stephanum, *ἵν' ἐκ τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ τὰ σημεῖα ἰδεῖν· οἱ μὲν δικασταὶ τὸ πρᾶγμα ἔγνωσαν*. Lucianus, *Qui gaudent odore violarum & rosarum, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἔχειν αὐτοὺς στρέφεσθαι, ἵνα ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς*, sub naribus oportebat maximè eas versare, ut quàm plurimum attraherent suavitatis. illud igitur Pauli, *Si tradidero corpus, ἵνα καυθήσωμαι*, semper putavi vitium esse scriptoris, legendum enim *καυθήσομαι*. 1. ad Corinth. 13. ut etiam illud, *ἵνα ἄνευ τοῦ λόγου κερδηθήσονται*. 1. Pet. 3. Xenophon 3. *παιδείας, ἐμαυτὸν ἄρα ἔφη, οὕτω γ' ἂν τιμωρησαίμην*. Pausanias *μεσσηνιακοῖς, Αἴπυτος δὲ ὡς ἐβασίλευσεν, ἐτιμωρήσατο μὲν τοὺς τοῦ πατρὸς φονέας, ἐτιμωρήσατο δὲ καὶ ὅσοι τοῦ φόνου παραίτιοι καθειστήκεσαν*. at *τιμωρεῖν* cum dativo. Demost. contra Neæram, *ἐγὼ καὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ἐμαυτῷ τιμωρῶν κατέστησα τούτους εἰς ἀγῶνα, καὶ ὑπὸ τὴν ὑμετέραν ψῆφον ἤγαγον*. & mox, *Si istos condemnaveritis existimate vos τιμωρεῖν μάλιστα μὲν τοῖς θεοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς*. Euripides Hecuba.

οὐκ ἂν δυναίμην τοῦ δε τιμωρεῖν ἄτερ
τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσιν. — at mox,
— *τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη*
αἰῶνα τὸν σύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

ἐγχειρίδιον) *κεκρυμμένον*. Athenienseis enim palam non gerebant. Thucyd. lib. 1. *Τὸ σιδηροφορεῖσθαι τούτοις ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκεν.*

πᾶσα

πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, διὰ τὰς ἀφάρκτους τε οἰκήσεις, καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους. ἐν τοῖς πρώτοις δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. σιδήριον autem μετωνυμικῶς intellige ἐγχειρίδιον, sicam, aut pugionem, aut acinacem.

ἵνα ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτοὺς εἰσῄειν, ὡς μετὰ πλείστων δὲ μαρτύρων τὴν τιμωρίαν ἐποιούμην) ἵνα rursus cum indicativo. τιμωρίαν ἐποιούμην, ἀντὶ τοῦ ἐτιμωρούμην περιφραστικῶς. sic κατηγορίαν ποιεῖσθαι, καὶ ἀπολογίαν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν καὶ ἀπολογεῖσθαι. Demost. contra Midiam, προβεβλῆσθαί με ἔδει, καὶ παρ' αὐτὰ τ' ἀδικήματα τιμωρίαν ποιεῖσθαι. Thucydides aliter lib. 1. Τὸν θεὸν ἐπηρώτων εἰ παραδοῖεν Κορινθίοις τὴν πόλιν, ὡς οἰκισταῖς, καὶ τιμωρίαν τινὰ πειρῷντ' ἀπ' αὐτῶν ποιεῖσθαι. hoc enim ἀντὶ τοῦ τιμωρεῖν non τοῦ τιμωρεῖσθαι. recte enim scholiastes hic τιμωρίαν interpretatur βοήθειαν, καὶ ἐκδίκησιν. est enim τιμωρεῖν cum tertio casu βοηθεῖν. itaque subiungit, Κορίνθιοι κατὰ τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν, Corinthij, ut æquum fuit, receperunt se auxilium laturos. quin ipse se explicat paullò pòst. οἱ Κορίνθιοι ἔπεμπον εἰς τὴν Ἐπίδαμνον ἄσμενοι τὴν ὠφελίαν, id est, auxilium. quod ab augendis copiis dicitur. idque propriè est ὠφελεῖν: unde apud Homer. οἰκωφελίη, & οἶκον ὀφέλλειν, amplificare rem familiarem. est igitur Thucydidi τιμωρία defensio, ἀπὸ τοῦ τιμωρεῖν, quod est ἀμύνειν, ut τιμωρεῖσθαι ἀμύνεσθαι. Euripides Oreste,

ἐλογισάμην οὖν, τοῦ γένους ἀρχηγέτῃ
μᾶλλόν μ' ἀμῦναι, τῆς ὑποστάσης τροφάς.

Mea hæc ratio fuit generis auctori potius me opem

ferre oportere, quam matri quæ nutriendi laborem ſuſtinuit. paullò antè dixerat,

> *ἐγὼ δ' ἀνόσιός εἰμι, μητέρα κτανὼν*
> *ὅσιος δέ γ' ἕτερον ὄνομα τιμωρῶν πατρί.* & paullò pòſt,
> *ἀνόσια μὲν δρῶν ἀλλὰ τιμωρῶν πατρί.*

Sic ibidem. ὦ κάκιστε, τιμωρεῖν φίλοις φεύγεις. Oreſtes igitur ἐτιμωρεῖτο μὲν τὴν μητέρα, τῷ πατρὶ δὲ ἐτιμώρει. Nonnunquam reperies τὸ τιμωρεῖν cum accuſativo. tum vlciſci ſignificat. Pauſanias, καὶ τὸ εὐμενέστερον ἔσται παρὰ τῶν θεῶν ἀμύνοντι τῇ οἰκείᾳ, καὶ οὐκ ἀδικίας ἄρχοντι. Idem. ὡς δὲ οἱ συνεχῶς ἰόντι ἐπὶ τὰς ἀρχὰς οὐδεμία ἐγίγνετο τιμωρία, ἀπὸ τοῦ τιμωρεῖν. at illud quod mox ſequitur, Πολυχάρει δὲ ἐκδοῦναι μὲν ἐπὶ τιμωρίᾳ Λακεδαιμόνιοι οὔ φασιν, ἀπὸ τοῦ τιμωρεῖσθαι. defendere autem quod eſt ἀμύνειν καὶ τιμωρεῖν, latine quoque ulciſci dicitur. & defenſare apud Tertullianum vindicare. non eſt igitur quòd quiſquam reprehendat veterem interpretem ad Rom. 12. qui reddit ἐμοὶ ἐκδίκησις, mihi defenſio. ſic ultimo verſ. Abdiæ, ἀναβήσονται οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ ὄρους Σιὼν, τοῦ ἐκδικῆσαι ὄρος Ἡσαῦ. Aug. de Civit. lib. 18. cap. 3. *aſcendent reſalvati ex monte Sion, ut defendant Montem Eſau.* Ovidius lib. 3. Faſtorum,

> *Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuérunt*
> *Cæſaris, ulciſci iuſta per arma patrem.*

Auguſtus ἐτιμώρησε τῷ πατρί, ſed ἐτιμωρήσατο τὸν Βροῦτον καὶ Κάσσιον. Pulchrè diſtinguit Ariſt. τὴν τιμωρίαν καὶ τὴν κόλασιν 1. Rhetor. διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις. ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐστιν: ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος, ἵνα ἀποπληρωθῇ, ut iram expleat. ergo Deus κολάζει μὲν τοὺς ἁμαρτάνοντας, οὐ μέντοι τιμω-

ῥεῖται: ſic pater filium. τιμωρὸς, τιμάορος, παρὰ τὸ τιμὴν ἀείρειν, pœnam ſumere. τιμὴ enim pœna. Hom.

τιμὴν ἀρνύμενος Μενελάῳ σοί τε κυνῶπα:

Ridiculè Euſtathius, ἀντικαταλλασσόμενος, ἀπὸ τῶν ἀρνῶν. ſic Odyſſ. α. ad illum verſum,

Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων. Iliad. γ.
Τρῶας ἔπειτ' Ἑλένην, καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι.
Τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν, ἥν τιν' ἔοικε.

Iulianus, πάντως οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κέλτους, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων. Ne Rhenus quidem iniuria afficit Gallos, qui prolem adulterinam proiectam in profluentem, gurgite abſorbet, ut intemperantis tori vindex. quos autem ex puro ſemine agnovit ortos, in ſummo flumine ſuſpendit. Idem eſt apud Gal. lib. de Sanitate tuenda.

οὔτε γὰρ συκοφαντῶν γραφὰς μὲ ἐγράψατο, οὔτε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεχείρησε) omnes alias cauſſas colligit, quibus ad occidendum potuit impelli, ut aliis omnibus improbatis, vna, quæ vera eſt, relinquatur. nec inimicitiis ex aliqua offenſione, nec cupiditate impulſus occidi, neque quod mihi conſcius eſſet vllius ſceleris aut flagitij, neque quod ſperarem aliquid commodi ſi illum ſuſtuliſſem. non per convicium, temulentiam, aut aliquam diſcordiam: nulla igitur cauſſa erat occidendi, præter hanc vnam. Quintilian. lib. 5. cap. 10. *Diviſio & ad probandum ſimili viâ valet, & ad refellendum. Probanti interim ſatis eſt unum habere, hoc modo. ut ſit, civis, aut natus ſit oportet, aut factus. Neganti*

utrumque tollendum est, nec natus nec factus. fit hoc & multiplex: idque est, argumentorum genus ex remotione, quo, modò efficitur totum falsum, modò id quod relinquitur verum. totum falsum est hoc modo. Pecuniam, quam te credidisse dicis, aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut invenisti, aut surripuisti. sed neque domi habuisti, neque ab aliquo accepisti, & cetera: non igitur credidisti. Reliquum fit verum sic: hic servus, quem tibi vendicas, aut verna tuus est, aut emptus, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut alienus: deinde remotis prioribus supererit alienus. Periculosum & cum cura intuendum genus: quia si in proponendo unum quodlibet omiserimus, cum risu quoque tota res solvitur. Tutius quod Cicero pro Caecinna facit quum interrogat. Si haec actio non sit, quae sit? simul enim removentur omnia.

Γεγραφὼς με ἐγεγράψατο) nunquam meum nomen deferens me ullius criminis accusavit. nam γράφεσθαι propriè est accusare aliquem, & reum facere, vel furti, vel adulterii, vel repetundarum, vel peculatus, vel perduellionis, vel maiestatis, vel gravioris alicuius criminis, quod publicum faciat iudicium. ut Aeschines Ctesiphontem ἐγεγράψατο τῶν παρανόμων, quia legem tulit ad populum, qua lege Demosthenes corona aurea donaretur virtutis ergò, (qui honos apud Athenienseis erat amplissimus). quodque eum honorem in Theatro pronuntiari iusserat. nam neque is locus erat ad pronuntiandum legitimus, & Demosthenes nondum potuit hunc tantum honorem adipisci, quia adhuc

adhuc erat ὑπεύθυνος. & ipſe Demoſt. pro ſua Cor. οὐ γὰρ Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι᾽ ἐμὲ, ἐμὲ δ᾽ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο, non enim Cteſiphontem quidem poteſt perſequi propter me, me autem ſi convincere ſe poſſe ſperaſſet, non reum faceret. idem eſt igitur γράφεσθαι καὶ διώκειν: ſed διώκειν generalius. cur me cuius res erat, noluit γράφεσθαι καὶ διώκειν, ſed Cteſiphontem? Aeſchines ergò Cteſiphontem ἐγράψατο παρανόμων, quia Cteſiphon ἔγραψε παράνομα. γράφειν enim eſt legem aut rogationem ferre ad populum: quia lex quæ accipienda erat, aut repudianda à populo, ſcripta in tabula propalam collocabatur, ut omneis cognoſcerent. Demoſt. pro Cor. εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, εἰ δὲ παράνομα γράφοντα παρανόμων γραφόμενον. ſi me videbat legem iniquam ferre, cur non accuſabat legis iniquæ nomine? γραφὴ ἀπὸ τοῦ γράφω, rogatio: ἀπὸ τοῦ γράφομαι accuſatio: propriè quando lex ut iniqua, aut perperam lata accuſatur, inquit Budæus; ut illud, λέγε πρῶτον μὲν ἃ τούτου τοῦ νόμου γεγράμμεθα. ſed latius extenditur ad omnia, ut diximus, crimina, ut ipſe etiam fatetur. contra Midiam, γραφὴν λειποταξίου μὲ ἐγράψατο, τρεῖς αὐτὸς τάξεις λελοιπώς, accuſavit me quòd locum in acie deſeruerim, cum ipſe ter locum deſeruerit. Ariſtoph. Veſpis. τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ᾽ ἣν ἐγραψάμην, ἄνδρες δικασταὶ, τουτονί. Dion Caſſius, καὶ ὁ γὰρ πείσων καὶ γραφὰς ὑπὸ

 τούτου

τούτῳ, καὶ πρὸς ἑνὸς, καὶ πρὸς ἑτέρου τινὸς διεπράξατο τὸ μὴ κατηγορηθῆναι. nempe, ἐπὶ δεκασμῷ: lege de ambitu postulatus, ab uno atque altero, vel pretio, vel precibus effècit, ne accusaretur.

Συκοφαντεῖς) συκοφάντης ὁ φαίνων περὶ σύκων, qui nomen alicuius defert de minimis rebus. φαίνειν enim deferre, & φάσις delatio. Lex erat Athenis, quæ pœnam constituebat iis, qui ficus exportassent, aut ut alij volunt, qui ficus è ficeto surripuissent: auctor scholiastes Aristoph. ut lege quadam nostra cavetur ne quis, in annonæ caritate præsertim, frumentum exportet in exteras regiones; Qui defert eorum nomina, qui contra hanc legem ueniunt, is est συκοφάντης, delator. quanquam hic tolerabilior est, immò maxima laude dignus, qui homines eiusmodi defert, quorum avaricia plurimum nocet reipub. non enim idem est ficum & frumentum exportare. sunt etiam fundi, quos cælatos vocant, quos homines privati mala fide possident, cum iure ad Dominam Reginam pertineant. quadruplatores sunt qui nomina possessorum deferunt magnis invitati præmiis: qui ex eo nominantur, quód quartam eius, quod detulerunt, partem accipiunt, hii quanquam non tanto odio digni, in odium tamen incurrunt. Plautus in Persa. Paras.

Neq; quadruplari me volo, neq; enim decet.
Sine meo periculo ire aliena ereptum bona.
Neq; illi, qui faciunt mihi placent, planè loquor.

Sed

Sed est & συκοφαντία quævis falsa accusatio. Demost. κατ' Εὐβουλίδου. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ συκοφαντὴς αἰτιάσασθαι μὲν πάντα, ἐξελέγχειν δὲ μηδέν. Plutarc. Cimone, ἐπεὶ δ' ἀστυγείτονες ὄντες Ὀρχομένιοι καὶ διάφοροι τοῖς Χαιρωνεῦσιν, ἐμισθώσαντο Ῥωμαϊκὸν συκοφάντην, ὃς ὥσπερ ἑνὸς ἀνθρώπου τὸ τῆς πόλεως ὄνομα κατενεγκὼν, ἐδίωκε φόνου τῶν ὑπὸ Δάμωνος ἀνῃρημένων, hic ut unius hominis civitatis nomine delato, persequebatur. Plutarchus de iudicio Romano loquens Romano more loquitur, ut sæpe aliâs. συκοφαντὴς igitur delator, *a Promooter.* Iuven.

Stoicus occidit Baream delator amicum.

Οὔτε ἰδίας δίκας ἐδικάζετο) neque privatas lites intenderat. hic iam apparet ex contentione, γραφὴν accusationem esse eorum criminum, quæ faciunt publicum iudicium. Plato Principio Euthyphronis, Οὐ γὰρ δήπου σοί δίκη τις οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα, ὥσπερ ἐμοί. Σω. οὔτοι δὴ Ἀθηναῖοί γε ὦ Εὐθύφρον, δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν. Ευθ. Τί φής; γραφήν σε τις, ὡς ἔοικε, γέγραπται. illum enim Melitus γραφὴν ἐγράψατο ἀσεβείας. Demosthenes contra Stephanum, δίκην μὲν οὐκ ἐνόστ' ἦν ἰδίαν λαχεῖν: οὐ γὰρ ἦσαν ἐν τῷ τότε καιρῷ δίκαι. γραφὴν δὲ ὕβρεως πρὸς θεσμοθέτας γράφομαι αὐτόν. δίκη, *a processe.* γραφή, *a bill of enditement.* γραφὴ ὕβρεως, *an action of the case.* Latini retinent Græcum vocabulum, ut sæpe faciendum est in verbis forensibus. Terentius Phormione, *Dicam impingam tibi grandem.* &, *Tibi scribam dicam.* δικάζεσθαι, Litigare, ἀμφισβητεῖν. ut Δικάζεσθαι τοῦ κλήρου, agere in hæreditatem: ἀμ-

 φισβητεῖν

φιτβητεῖν τριάκοντα μνῶν, petere triginta minas, Hom. Odyss. λ.

> τὴν μὲν ἐγὼ νίκησα, δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ
> Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος.----

Vlysses de se dicit, qui arma Achillis evicerat in iudicio. at mox de iudicibus, παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. Idem alibi, ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάζετε, μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ. δικάζειν enim ius reddere, quod est iudicum. Aesch. Epist. οὔτε τινὶ τῶν πολιτῶν δίκην δικασάμενος εὑρεθήσομαι. Demost. contra Midiam, εἰ μὴ προβαλλόμην αὐτόν, ἀλλ' ἐδικαζόμην προβολῆς ἐστι γραφέως, & προβολὴ species τῆς γραφῆς. δικάζειν, litem decidere: vel, ut Virgilius. *incidere lites.* est enim δικαστὴς quasi διχαστὴς inquit Arist. Ethic. 5. & δικάζειν quasi διχάζειν ἀπὸ τοῦ δίχα. At Demost. πρὸς Ὀλυμπιόδωρον, videtur δικάζειν dixisse de litigatoribus. at tum litigatores erant sibi iudices. inter se enim sine iudice controversiam componebant, αὐτὸς γὰρ ἐγὼ ἐδίκασα τούτῳ, καὶ οὗτος ἐμοὶ, τὰ ἡμίσεα ἑκάτερον ἡμῶν λαβεῖν, ὧν κατέλιπε Κόνων. inter se enim antè transigebant, quàm ad iudicem ventum erat. ἐπιδικάζειν adiudicare. ἐπιδικάζεσθαι caussam obtinere, vincere in iudicio, velut illi loquuntur ἐπιτυχεῖν τοῦ ἀγῶνος, νικῆσαι. πρὸς Ὀλυμπιόδωρον, ἐπεδίκασεν ὁ ἄρχων τοῖς ἀντιδίκοις τοῖς ἡμετέροις, τὸν κλῆρον τοῦ Κόνωνος: ἐπειδὴ δ' ἐπεδικάσαντο, εὐθὺς ἐλθόντες παρελάμβανον πάνθ' ὅσα εἶχεν ἡμῶν ἑκάτερος νεμόμενος ἐν τῇ μερίδι.

οὔτε συνῄδει κακὸν οὐδέν, ὃ ἐγὼ δεδιὼς μὴ τις πύθηται) multis exitio fuit alienis conscium fuisse peccatis, Iuv. Satyr. 3. *Scire volunt secreta domus atque inde timeri.*

at idem eâdem Satyra non metui, ſed amari conſcios ſcelerum dicit.

Quis nunc diligitur niſi conſcius, & cui fervens
Aeſtuat occultis animus ſemperq́ue tacendis.
Nil tibi ſe debere putat, nil conferet unquam
Participem qui te ſecreti fecit honeſti.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
--- Accuſare poteſt.

Hoc vinculo Otho ſibi Neronē devincire voluit, ſed eum ſua fefellit opinio. Tacitus Annalium 13. *Otho ſive amore incautus laudare formam, elegantiamq́ue uxoris apud principem, ſive ut accenderet, ac ſi eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adiiceret.* hæc femina erat Sabina Poppœa. *Cui mulieri*, inquit Cornelius, *cuncta alia fuére, præter honeſtum animum.* hæc primum tenuit matrimonium Rufi Criſpini equitis Rom. *dein Otho pellexit iuventa, ac luxu, & quia flagrantiſſimus in amicitia Neronis habebatur. Nero mox ab Othone acri captus amore abduxit, atq́ue Othonē per ſpeciem honoris in provinciam Luſitaniam relegavit.* amorem illum igitur qui conflatur ex eiuſmodi flagitiorum conſcientia ſimulatum eſſe & metu coactum, immò metum atque odium eſſe diſſimulatum, oſtendit, quod apud poetam ſequitur. *Tanti tibi non ſit opaci, Omnis arena Tagi quodque in mare volvitur aurum.*

Ut ſomno careas, ponendaq́ue præmia ſumas
Triſtis, & à magno ſemper timearis amico.

Odimus quem timemus, quem quiſque odit, periiſſe expetit. apud Ciceronem pro Cluentio, Oppi-

anicus

anicus Sex. Vibium quendam, quo ſequeſtre in corrumpendo iudicio dicebatur eſſe vſus, proſcribendum interficiendumque curavit. rectè igitur ille & ſapienter apud Plut. recuſavit regis ſecreta cognoſcere: nam cum rex perbenignè dixiſſet μεταδώσω σοι τῶν ἐμῶν, tu verò, inquit mihi des licet, quicquid volueris πλὴν τῶν ἀπορρήτων. *nam qui magni ſecretum novit amici*, ſi infortunium vitet, Deos habet propitios. teſteis ſunt innumerabiles ſub Nerone atque aliis imperatoribus.

Εἰ τοῦτα διεπεπράξάμην) hic διαπράττεσθαι, malum facinus facere, non vt antè rem conficere. Dem. cōtra Ariſtogitonem, καὶ ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαστος ἀφανῆ ποιεῖ, ταῦθ' οὗτος μονονοὺ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται. Et quæ quiſque eorum qui rebus conflictantur adverſis tacitè facit, hæc iſte tantum non tintinnabulis ſibi ſuſpēſis perpetrat. eſt etiam interficere. Sophocles Trachinijs. ἅπας δ' ἀνευφώνησεν οἰμωγῇ λεὼς, — τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου. Totus autem populus ſublata voce ingemuit, illo quidem interfecto, hoc morbo laborāte. διαπέπρακται. actum eſt. Plautus Trinūmo. *Iſtic oportet obſeri mores malos —-Si in obſerendo poſſint interfieri.* itē cōficere. i. conſumere. Idē. *Piſcator, piſtor abſtulit, Lanij coqui. —-Olitores, myropolæ, aucupes, conſit citò.*

Ἢ παροινίαν) παροινία non vinolentia, ſed protervum & pètulans factum aut peccatum ex vinolentia: aut ſimile eorum quæ fiunt ex vinolentia. Athenæus, τὸ γὰρ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται, διὸ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἀρκαδίᾳ φησὶν, οὔτε γὰρ νήφοντα δεῖ οὐδαμοῦ, πάτερ παροινεῖν, οὔθ' ὅταν πίνειν δέῃ, νοῦν ἔχειν. vnde apparet

παροινίας

παροινίαν dici quum quid facias vinolentorum simile, quamvis sis sobrius. Dem. κατ' Ανδροτίωνος, πάντες εἰς οὓς ἐπαρῴνησεν οὗτος. & continuò post, μισεῖ τοῦτον ἕκαστος οὐ διὰ τὴν εἴσπραξιν, ἀλλὰ ὑπὲρ ὧν ὑβρίσθη καὶ ἐπαρῳνήθη. Idem contra Cononem, ἣν οὖν δειπνοποιεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ὥσπερ συμβαίνοι τούτων ἤδη ἐπαρῴνουν οὗτοι, τὰ μὲν πολλὰ εἰς τοὺς παῖδας ἡμῶν τοὺς ἀκολούθους: τελευτῶντες δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτούς. & ibidem. ἡμᾶς δὲ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς παροίνους μὲν καὶ ὑβριστὰς κατασκευάσει, ἀγνώμονας δὲ καὶ πικρούς. Idem ergo παροινεῖν quod ὑβρίζειν. Aristot. problematum sectione 3. Διὰ τί ὁ ἀκροθώραξ μᾶλλον παροινεῖ τοῦ μεθύοντος μᾶλλον καὶ νήφοντος; ἢ ὅτι ὁ μὲν νήφων εὖ κρίνει; ὁ δὲ παντάπασι μεθύων, διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἀποπεπλασμένας εἶναι, οὐ δυνάμενος τὸ βάρος φέρειν, οὐ κρίνει. οὐ κρίνων δὲ οὐ παροινεῖ. ὁ δὲ ἀκροθώραξ κρίνει τε, καὶ διὰ τὸν οἶνον κακῶς κρίνει, ὥστε παροινεῖν. ἀκροθώραξ, qui nondum est ebrius, sed vino iam incalescit, ὁ μὴ παντάπασι μεθύων, qui non omnino ebrius est. hic quia sensus habet opressos, non potest iudicare, non iudicans autem οὐ παροινεῖ, sed ὁ ἀκροθώραξ potest aliquo modo. Theognis, θωρηχθεὶς δ' ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος. Lysias proxima oratione, οἱ μὲν ἄλλοι οἱ μετὰ τούτου παροινήσαντες, ἐπειδὴ τάχιστά με εἶδον, ἐδέοντό μου συγγνώμην ἔχειν. παροινεῖν est κωμάζειν, vt declarant quæ mox sequuntur, οὗτος δὲ τοιοῦτον οὐδὲν πώποτε φαίνεται ποιήσας. ὑβρίζων δὲ καὶ τύπτων ἅμ' ἀμφοτέρους ἡμᾶς καὶ κωμάζων, καὶ τὰς θύρας ἐκβάλλων, καὶ νύκτωρ εἰσιὼν ἐπὶ γυναῖκας ἐλευθέρας. præclara ὑποτύπωσις τῆς παροινίας. Tacitus analiũ 13. *unde orta miseratio manifestior, quia dissimulationem nox & lascivia exemerat*. id est παροινία, de Britannico, quem Nero iussit

exur-

exurgere, progressumq́; in medium, cantum aliquem incipere, irrisum ex eo sperans pueri, sobrios quoque convictus, ne dum temulentos ignorantis. sed insignem παροινίαν Neronis eodem libro describit his verbis, *Otium foris, domi lascivia*: qua *Nero itinera vrbis, & Lupanaria, & diverticula, veste servili, in dissimulationem sui compositus, pererrabat, comitantibus, qui raperent ad venditionem exposita, & obvijs vulnera inferrent, adversus ignaros adeò, vt ipse quoq; acciperet ictus, & ore præferret. deinde vbi Cæsarem esse, qui grassaretur pernotuit*, augebantur iniuriæ adversus viros feminasque insignes &c. protervam hanc temulentiam Græci dicunt κῶμον. καὶ παροινίαν, ὅ, τι ἂν πράττοι τὶς παρὰ τὸν οἶνον ἢ περὶ τὴν οἴνωσιν. Suidas οἱ ἐμπαροινοῦντες, ἐνυβρίζοντες illudentes, insultantes, sive per vinum seu sobrij. Iosephus, οὕτως ἐμπαροινοῦντες τοῖς πράγμασι. Chrysostomus περὶ τῆς εἱμαρμένης, sermone 4. οὗτος δὲ πλουτεῖ καὶ τρυφᾷ ταῖς ἀλλοτρίαις ἐνδιαιτώμενος συμφοραῖς, ὁ τοῖς ἐμοῖς ἐμπαροινῶν κακοῖς. notationem reddidit Xenophon Symposio, ἔχοις ἄν, ὦ Ἑρμόγενες, εἰπεῖν ἡμῖν τί ἐστι παροινία. τὸ τοίνυν παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω παροινίαν. οἶσθ' οὖν ἔφη, ὅτι καὶ σὺ νῦν ἡμᾶς λυπεῖς σιωπῶν; sed nimis angusta est hæc definitio. nec præpositio locum sed causam significat. non enim τὸ παρ' οἶνον, idem est quod ἐν οἴνῳ, ἢ ἐν πότῳ, sed vt hoc, οὐ παρ' ἐκεῖνο γέγονε τοῦτο. non per illud hoc factum est.

Εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος) διὰ τί οὖν τῷ μεγίστῳ τῶν ἀδικημάτων οὐχ ἡ μεγίστη τέτακται τιμωριῶν; an quia est ἀνθρώπινον ἁμάρτημα;

ἐξὸν μοι) quũ mihi liceret. absolute ponuntur hæc parti-

participia recto caſu. Plato 2. de repub. ἐξὸν αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀδεῶς ὅ, τι βούλοιτο λαμβάνειν, καὶ εἰσιόντι εἰς τὰς οἰκίας συγγίνεσθαι ὅτῳ βούλοιτο. de eo quẽ fingit illũ Gygis annulum habere. Dem. contra Ariſtogitonem, δι' ἔτη βιάζεται λέγειν οὗτος, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ. Ariſtoteles magnis moralibus, *præclarum eſt ſic poſſe gloriari*: ἐξὸν λαμβάνειν οὐκ ἐλάμβανον, ἀλλὰ παρεῖκα τῷ πρεσβυτέρῳ ἢ φίλῳ, cum liceret capere, non cepi, ſed permiſi ſeniori, aut amico. ſic παρὸν. Eurip. Med.

Σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν,
Κούφως φερούσῃ κρεισσόνων βουλεύματα,
Λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσῇ χθονός.

Sic δέον. Iſocrates Archidamo. ἐγὼ γὰρ τούτους εἴρηκα τοὺς λόγους, οὐχ ὡς δέον ἡμᾶς ἤδη ταῦτα πράττειν· οὐδὲ ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης ἐνούσης ἐν τοῖς πράγμασι σωτηρίας, ἀλλὰ βουλόμενος ὑμῶν προπαρασκευάσαι τὰς γνώμας. heic abſolute poſitum evidenter apparet ex membro, quod ſubiicitur, in quo caſus eſt abſolutus Latinorum. Idem Panegyrico, ὥσπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους δέον ἔχειν, καὶ οὐ τοὺς μὲν ἀσφαλῶς, τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς. oſtendit diſcrimen iudicialis & demonſtrativi generis. Dem. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικός. ὥσπερ ὅταν μὲν τούτῳ συμφέρῃ, δέον κυρίας εἶναι τὰς διαίτας. ὅταν δὲ μὴ συμφέρῃ, προσῆκον τὴν τούτου γνώμην κυριωτέραν γίνεσθαι τῶν κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους γνωσθέντων. Iſoc. περὶ ζεύγους. καὶ πολλάκις ἐγγενόμενον αὐτῷ, μὴ μόνον μετ' ὀλίγων τῶν ἄλλων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν πλέον ἔχειν, οὐκ ἠθέλησε, de Alcibiade. ἐγγίνεται ἔνεστιν, ἐγγενόμενον ἐνόν: quod & ipſum abſolutè poſitum ſæpè invenias, ne neceſſe ſit omnia conſectari. ſic & ὂν ſimplex Plat. 6. Legum

Legum, σαρκῶν δὲ ἀπείχοντο, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν ἐσθίειν, οὐδὲ τοὺς θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν. atque hæc omnia ſunt vniuſmodi: illa iam ex alio genere eiuſdem obſervationis. Plato Protagora, δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα, Quo in loco, quod mirêre, non caſus tantum pro caſu, ſed & numerus pro numero poſitus eſt, hoc modo, δοξάντων ἡμῖν τούτων. niſi ſi ſit locus mendoſus, inquit, Budæus, pro δόξαντα. vt apud Xenoph. ἑλληνικῶν 3. δόξαντα δὲ ταῦτα, καὶ πραχθέντα, τὰ μὲν ςρατεύματα ἀπῆλθεν. his rebus ita decretis, atque perfectis, copiæ diſceſſêrunt. Sed idem Budæus exiſtimat Platonē δόξαν ſingulariter dixiſſe ἀττικώτερον, vt quo modo ſingulari verbo neutra pluralia iungūtur: ſic ille participio iūxerit, ac ſi diceret, ἐπεὶ δὴ δὲ ταῦτα ἡμῖν ἔδοξε. ſic Xenoph. ἀναβάσεως 4. δόξαν δὲ ταῦτα, ἐκήρυξαν οὕτω ποιῆσαι. Sic apud Pauſaniam μεταδόξαν, mutatâ ſentētiâ. Quod Livius ſcripſit, *Et ne ibi quidē nūciato, quò pergerēt, tantū cōvocatos milites monuit, vti omnes irent, nec diverti quenquam, aut excedere ordine paterētur*, hoc Græci ſic dicerēt, οὐδὲ τότε ἐξαγγελθὲν ὅποι πορεύοιντο. Multa apud Cor. Tacitū ſunt eiuſmodi. ſed idē Livius rectis interdū participiorū vtitur imperſonaliū, more & imitatione Græcorū. Budæus hæc ponit exēpla. *liberas religione mentes turbavit rurſus nūciatū, Fruſinone infantē natū eſſe quadriēnio parē*. & alibi *Diu nō perlitatū tenuerat Dictatorē, ne ante meridiē ſignū pugnæ dare poſſet*. ſed hic nūciatū, & diu nō perlitatū, mihi no videntur imperſonalia. Polyb. ἐκεῖνοι μὲν οὖν σιωπῇ ἐδείπνουν, ὥσπερ τοῦτο ἐπιτεταγμένον αὐτοῖς ὑπὸ κρείττονός τινος, illi igitur ſilentio cænabāt, quaſi hoc imperato illis à potētiore quodā. Pauca adhue ponā

exem-

exēpla ex vno autore, qui multa habet huius farinæ. Thuc.li.5.εἰρημένον, κύριον εἶναι, ὅ, τι ἂν τὸ πλῆθος τῶν ξυμμάχων ψηφίσηται, dicto, ratū haberi, quicquid multitudo, vel cōmune sociorū decreverit. Itē illud, Ἀργεῖοι δ' ἐλθόντες παρ' Ἀθηναίους, ἐπεκάλουν ὅ, τι γεγραμμένον ἐν ταῖς σπονδαῖς, διὰ τῆς ἑαυτῶν ἑκάστους μὴ ἐᾶν πολεμίους διϊέναι, ἐάσειαν κατὰ θάλασσαν παραπλεῦσαι. Argivi incusabant Atheniēseis, quod cū scriptū esset in fœdere, ne singuli per suos fines sinerent hostes iter facere, siverint per mare trāsire. Itē hæc, νομίζοντες κἀκεῖνοι, μὴ ἂν σφίσι πώποτε κάλλιον παρατυχὸν, Λακεδαιμονίους διαπεφευγέναι: existimantes cū sibi fortuna Lacedæmonios opprimendi magnā præbuisset facultatē, eos effugisse. deest aliquod verbū post παρατυχὸν, vt hoc declarat exemplū, νομίζοντες ἐν καλῷ παρατυχὸν σφίσι ξυμβαλεῖν, καὶ πανταχόθεν αὐτῶν ἀποκεκλεισμένων, καὶ ὑπὸ ἱππέων καὶ πεζῶν, οὐδὲν δράσαντες ἄξιον τῆς παρασκευῆς ἀπιέναι, rati cū pulchrā cōfligēdi illis fortuna obtulisset occasionē, & hostes equitatu pediditatuq; essent vndiq; interclusi, discedere nulla re gesta tāto apparatu digna. simile exēplum ex Isocrate antè observavimus, quòd casus obliquus, quo Latini híc solēt vti, sequitur rectum τὸ παρατυχὸν. Sæpe accusativum hoc modo positum invenies absolutè. Aristot. 1. Metaphys. cap. 1. Καὶ σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνομεν, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθήσασαν τὴν σοφίαν, id est, ἀκολουθησάσης,

Ἐγὼ μὲν, οὖν, ὦ ἄνδρες) dehinc sequitur peroratio, quæ duas habet parteis apud Rhetores δείνωσιν καὶ ἀνακεφαλαίωσιν, amplificationē sive cōquestionē, & repetitionē. hic autē repetitio nulla est argumētorū, neq; erat op' repetitione, propter brevitatē orationis. amplificatio

autem, quæ ponitur ad rem augendam, gravis eſt, & vehemens. terret enim iudices, & cauſſam hanc non ſuam facit, ſed communem omnium. Si, inquit, ratum erit veſtris ſententiis ſupplicium, quod ego ab homine tam nephario ſumſi, formidine compreſſi, nihil audebunt eiuſmodi poſthac homines impuriſſimi. Sin vobis alia ſententia eſt, & vos veſtra autoritate eorum ſcelera comprobabitis, quis poterit liberorum pudicitiam tueri? *Augendi*, inquit, *Cicero, & hic eſt proprius locus in perorando, & in curſu ipſo orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehenſa.* qualis erat illa declinatio, quam inter confirmationem, & reprehenſionem interpoſitam eſſe diximus. vult etiam iudices iratos facere, & exacerbare in adverſarios. itaque ipſe omnia dolenter, atque ex animo dicit, ἐνδιαθέτως qui vult enim iudicem iraſci, ipſi prius eſt iraſcendum. ſi vis me dolere inquit, tibi dolendum eſt prius. Perſius.

Plorabit qui me volet incurvaſſe querela.

Εἰ δὲ μὴ πολὺ κάλλιον, τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι) hæc dicit iratus, & cum ſignificatione magni doloris. rectè enim Antonius 2. de oratore. *Non mehercule vnquam apud iudices, aut dolorē, aut miſericordiam, aut invidiam, aut odium excitare dicendo volui, quin ipſe in commovendis iudicibus, ijs ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere vellem, permovêrer. neque enim facile eſt perficere, vt iraſcatur ei, cui tu velis, iudex, ſi tu ipſe id lentè ferre videare. neque vt oderit eum, quem tu velis, niſi te ipſum flagrantem odiò antè viderit. neque ad miſericordiam adducêtur,*

ducêtur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententijs, voce, vultu, collachrymatione denique ostenderis. vt enim nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi ipse ad eam inflammatus, & ardens accesseris.

Τοὺς νόμους ἐξαλεῖψαι) leges delere. Exodi 32. εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψόν ἐμὲ ἐκ τοῦ βιβλίου τῆς ζωῆς. Psalm. 51. κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημα μου. Apocalyps. 7. ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου. καταχρηστικῶς ἀντὶ τοῦ ἐκμάξει. Isocrates ad Demonicum, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. atque in his omnibus exemplis verbum hoc per translationem ponitur. at noster Lysias heic in re propria posuit. ἐξαλείφειν enim propriè significat delere quod scriptum est: aut delere imaginem depictam in tabula. Lysias autem propriis ferè verbis vsitatisque contentus est, quod eius subtilitati congruit. & in hac oratione vix vnam aut alteram translationem vidimus. Dionysius Halicar. ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον. ἀλλ' ὅτι καὶ σεμνὰ καὶ περιττὰ, καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι. Sed quod dixi, pictoribus proprium est ἐξαλείφειν: vt προσαλείφειν tabulæ pigmenta allinere. Plutarchus ἐν τῷ περὶ τύχης de illo, qui cùm equū depingeret, cætera quidem omnia figuris & coloribus bene expressit, vnum ex sententia advmbrare non potuit, nempe spumæ circum os, & frænum inanitatem. πολλάκις γ' οὖν ἐξαλείφειν

(φασὶ,) τέλος δ' ὑπ' ὀργῆς προσβαλεῖν τῷ πινακὶ τὸν σπόγγον, ὥσπερ εἶχε φαρμάκων ἀνάπλεων. τὸν δὲ προσπεσόντα θαυμαστῶς ἐναπομάξαι, καὶ ποιῆσαι τὸ δέον. Est igitur heic ἐξαλεῖψαι τοὺς νόμους, non leges eradere, sed quasi spongia delere, vt pictores solent. qua de re iocus est perfacetus apud Macrobium Cæsaris Augusti, Satur. lib. 2. *Augustus Cæsar affectavit iocos, salvo tamen Maiestatis pudorisq. respectu, nec vt caderet in scurram. Aiacem tragœdiam scripserat: eam denique, quòd sibi displicuisset, deleverat. posteà Lucius gravis tragœdiarum scriptor, interrogabat eum, quid ageret Aiax suus. at ille, in spongiam, inquit, incubuit.* significavit se spongia delevisse: vt Aiax ipse in gladium incubuit. Virg. incubuit ferro. est etiam hoc verbum vnguentariorum & palæstræ. vnde aliptes qui portabat λήκυθον καὶ στλεγγίδα, ampullam & strigilem, & ξηραλοιφία. & ἐπαλείφειν per translationem, antagonistam adornare, aut parare qui cum altero contendat. Odysséæ μ. αὐτὰρ ἀπὸ κηρὸν ἕλοντο ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι. ὅν σφιν ἐπ' ὠσὶν ἄλειψα. illico ceram abstulêrunt socii, quam ipsorum auribus illéveram. משח sept. χριστὸς, alii interpretes ἀληλιμμένος, vnctus. Hom. αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέν τε καὶ ἔχρισε λίπ' ἐλαίῳ. idem alibi λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ. sordes purgabat, seque invngebat pingui oleo. Hor. oculis ego lippus inunctis, ὄμμασιν ὀφθαλμιῶν ἀληλιμμένοις. ἔλαιον vnguentum ἄλειφαρ. vt שמן Hebræis. Nec vnguentarij solum & pigmentarij sibi vendicant hoc verbum, sed etiam cementarij, vt τὸν τοῖχον ἀλείφειν, parietem tectorio obducere. ἀλοιφὴ tectorium, & ἀλοιμὸς. Ezechi-

elis

elis 13. οὗτος οἰκοδομεῖ τοῖχον, καὶ αὐτοὶ ἀλείφουσιν αὐτόν. hic ædificat parietem & ipſi linunt eum. Ariſto. de generatioae animalium lib. 1. cap. 19. ὥστε ῥοταν ἀποπίσῃ τὸ ἐναλειφθὲν τοῦ κονιάματος. quod illitū eſt. τοῖχος κεκονιαμένος paries dealbatus. Euſt. ἰςέον ὅτι ἰσοδυναμούντων κατὰ νοῦν τοῦτε χρίω, καὶ τοῦ ἀλείφω, τὸ μὲν χρίω παρὰ τὸν χροῦν ἐρρέθη, ὃς χρίεται (a cute vel ſuperficie dictum eſt quæ pervngitur) τὸ δὲ ἀλείφω παρὰ τὸ ἀλέω, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀλέαν ὅ ἐστι θερμάσιαν, ἐπενθέσει τοῦ ι. quod interdum inquit μονάζει, ἐκδραμόντος ἐν ταῖς ἐκ τοῦ ἀλείφω παραγωγαῖς φυσικοῦ ε. vt ἐν τῇ συναλιφῇ, quæ declarat συναίρεσιν, καὶ κρᾶσιν. quæ enim ſunt, inquiūt, ἐκ τοῦ ἀλείφω nomina διὰ τοῦ πτ, diphthongum retinent, vt ἀλειπτήρ, ἀνήλειπτον, ἀναπολειπτον. διὰ δὲ τοῦ φ ſolam vocalem habent, vt ἀνηλιφὴς ναῦς, ἡ μὴ ἀλιφεῖσα πίσσῃ, quæ non illita eſt pice, & πισσαλιφὴς, ἡ πεπισσωμένη, picata. excipiendum ἄλειφαρ, quia non eſt compoſitum vt συναλιφή. Sed Grammatici ſæpius dicunt συναλοιφή. Sic propter reduplicationem dicimus ἀληλιμμένος & ἀλήλιμμαι, perf. paſſ. extra diphongum. νόμοι κείμενοι ſunt, οἱ κύριοι, καὶ μὴ κεκινημένοι, qui fixi ſunt & ſuo loco manent. Ariſt. 6. Topicorum, *vitioſum eſt definiendi genus*, εἰ μὴ κειμένοις ὀνόμασι χρῆται, οἷον Πλάτων ὀφρυόσκιον τὸν ὀφθαλμὸν εἴρηκε. πᾶν γὰρ ἀσαφὲς τὸ μὴ εἰωθός. nam vt leges; ſic rerum nomina, vt Plato docet in Cratylo, ſunt non φύσει ἀλλὰ ξυνθήκῃ καὶ νόμῳ. Ariſtot. 2. οἰκονομικῶν cap. 34. τὴν δεκάτην ἐπράσσετο κατὰ τὸν νόμον τὸν κείμενον decimas exigebat.

Πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον, ἢ ὑπὸ τῶν νόμων τοὺς πολίτας ἐπιτρέπεσθαι) magna cum libertate agit, vt iudi-

ces commoveat. hoc autem rarò cadit in personam rei: sæpius est accusatoris iudices incitare. Cicero Part, *In iudicijs accusatori ferè conveniunt, quæ ad iracundiam, reo quæ ad misericordiam pertinent. nonnunquam tamen accusator misericordiam movere debet, & defensor iracundiam*. non dubium est enim quin accusatores multa conquesti sunt de misera cæde Eratosthenis. Sic lenis motus, vt diximus exordio convenit. at Euphiletus statim à principio iudices voluit irasci. Quintil. lib. 6. Cap. 1. *vtitur frequenter accusator & miseratione, cum aut eius casum, quem vlciscitur, aut liberorum aut parentum solitudinem conqueritur. Sed sæpius id est accusatoris avertere iudicem à miseratione qua reus sit vsurus, atque ad fortiter iudicandum concitare.*

Ἐὰν τὶς μοιχὸν λάβῃ) Plato 2. de repub. δόντες ἐξουσίαν ἑκατέρῳ ποιεῖν ὃ ἂν βούληται, τῷ τε δικαίῳ, καὶ τῷ ἀδίκῳ, εἶτ' ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι ποῖ ἡ ἐπιθυμία ἑκάτερον ἄξει. ἐπ' αὐτοφώρῳ οὖν λάβοιμεν ἂν τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ ἐς ταὐτὸν ἰόντα. heic Philosophus ἐξουσίαν vocat, quod Lysias paulo antè ἄδειαν. quorum tamen differentiam supra docuimus. Soph, Trachiniis, τοιαῦτα μῆτερ πατρὶ βουλεύσασ' ἐμῷ καὶ δρῶσ' ἐλήφθης, hęc mater patri cōsuluisse meo & fecisse deprehensa es. Dem. contra Aristogitonē, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀδικήμασι καὶ πλεονεκτήμασι πάλιν εἴληπται. ibidē, τοῦτον ὑμεῖς ἀδικοῦντα λαβόντες, οὐ μόνον οὐ τιμωρήσεσθε ἀλλὰ καὶ μειζόνον ἀξιώσαντες δωρεῶν ἀφήσετε. Polybius lib. 6. κἂν μὲν ἐν τούτοις τι λαμβάνῃ ψεῦδος, εἰδέναι διότι κἀκεῖνα παραλείπεται δι' ἄγνοιαν. si quid in his mendacii deprehendat.

Ὁ τι ἂν βούληται χρῆσθαι) ἔλλειψις præpositionis, ἀντὶ τοῦ, εἰς ὅ, τι ἂν βούληται. Aeschines contra Ctesiphontem. ἀπορῶν δὲ ὅ, τι χρήσαιτο αὐτῷ. Lysias proxima oratione. οὕτω δὲ σφόδρα ἠπορούμην ὅ, τι χρησαίμην, ὦ βουλὴ, τῇ τούτων παρανομίᾳ, ὥστε ἔδοξέ μοι κράτιστον εἶναι ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως. Demost. ἀγνοῶν ὅ, τι χρήσαιτο τοῖς πράγμασι.

ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω.) de capite, fortunis, atque aliis omnibus dimico. Aeschines contra Ctesiphontem, σὺ δὲ οὔτε περὶ τῆς οὐσίας, οὔτε περὶ τοῦ σώματος, οὔτε περὶ τῆς ἐπιτιμίας ἀγωνίζῃ. idem, ἀγωνίζεσθαι καὶ κινδυνεύειν. Euripides Hecuba.

ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ᾽ ὑφ᾽ οὗπερ ηὐτύχουν
σώζειν ἕτοιμός εἰμι, κοὐκ ἄλλως λέγω.

Vbi notabis τρόπον ἐτυμολογικὸν, est enim σῶμα ἀπὸ τοῦ σώζειν, non ut Plato docet in Cratylo, quasi σῆμα. quanquam heic σῶμα potest significare personam. pro qua etiam Latini caput usurpant. ut quum apud Livium legimus, tot Civium capita censa esse. Arist. 2. τῶν οἰκονομικῶν, cap. 25. ἀπ᾽ οἰκίας δ᾽ ἑκάστης ἐκέλευσεν ἅπαντας εἰσενέγκαι τάξαντα. ὃ δεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος ὡσαύτως. hoc tributi genus Capitationem vocant quæ per civium capita exigitur, *by the pole*. nam aliud est cùm patresfamiliarũ qui domicilia habent & vocantur ἐφέστιοι tantùm conferunt, aliud cùm singuli cives. Hebræis נפש anima hæc duo declarat. personam videlicet & vitam. & hoc illi melius quam Græci, quòd & totum hominem à meliore parte appellant, & illam hominis partem pro vita ponunt, quæ est principium vitæ. Latini caput & pro

prototo homine ponunt συνεκδοχικῶς, & pro vita quia eſt in eo vitæ principium. Marci. 2. πότερον ἔξεστι τῷ σαββάτῳ ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι, ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀπολέσαι, animam ſervare aut perdere. id eſt, hominem. Dem. περὶ συμμοριῶν. ἐκ τοίνυν τούτων φημὶ δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσι, ὥσπερ νῦν εἰσιν, ἑξήκοντα σώματα ἐχούσας ἑκάστην. faciendas cenſeo claſſes viginti, quarum quæque ſexaginta habeat capita. ſic Philippicis, σώμασι καὶ χρήμασι καλῶς παρεσκευασμένοι, milite & pecunia bene inſtructi, *well appointed of men and money*. πρὸς φαίνιππον, ἐπειδὴ χρήσιμός γε καὶ φιλότιμος καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῷ σώματι γέγονε. πρὸς λεωχάρην, καὶ διὰ τριῶν σωμάτων κυρίαν τὴν ἐξ ἀρχῆς ποίησιν παρὰ τοὺς νόμους καταστήσας, intelligit treis ordine adoptatos fuiſſe. Eſt etiam σῶμα Græcè, quod tergum Latinè dicimus. ut cum comicus, ait, *Tuo pendendum eſt tergo*. Demoſt. πρὸς Τιμόθεον, ἠξίουν αὐτὸν πρὸς τῷ διαιτητῇ, εἰ ἔστι δοῦλος εἴη ὁ Αἰσχρίων αὐτοῦ, καὶ ἠξίουν αὐτὸν, ἐν τῷ αὐτοῦ δέρματι τὸν ἔλεγχον διδόναι. mox ſequitur, ὁ δὲ οὔτε μαρτυρίαν παρέσχετο, οὔτε ὡς δοῦλον, τὸν αἰσχρίωνα παραδοὺς, ἐκ τοῦ σώματος τὸν ἔλεγχον ἠξίου γενέσθαι. idem eſt igitur σῶμα καὶ δέρμα. quod tergum apud Ariſtophanem interpretari ſolemus. hinc qui tergo plectitur corporalem dicitur pœnam ſuſtinere. quid? quòd hoc ipſum δέρμα Grȩcis quoque nonnunquam pro capite & vita ponitur. Plutarchus Cæſare, καὶ ποτὲ καὶ διαβαλλόντων τινῶν τὸν ἄνδρα, πραττομένης ἤδη τῆς συνωμοσίας, οὐ προσέσχεν, ἀλλὰ τοῦ σώματος τῇ χειρὶ θιγὼν, ἔφη πρὸς τοὺς διαβάλλοντας, ἀναμενεῖ τοῦτο τὸ δέρμα Βροῦτον. ſenſit expectandam eſſe Bruto ſuam mortem, quaſi nemini dubium eſſet, quin poſt Cæſarem Brutus rerum potiretur. eandem

rem

rem refert paulo aliter in Bruto. τί δέ; οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ Βροῦτος ἀναμεῖναι τουτὶ τὸ σαρκίον; hinc iam liquet quomodo sit interpretandum illud Iobi 2. Pellem pro Pelle & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Septuag. δέρμα ὑπὲρ δέρματος, ὅσα ὑπάρχει ἀνθρώπῳ ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐκτίσει. nisi servassent Hebræismum, dixissent, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ. vitam enim & caput Hebræi ψυχὴν, Græci σῶμα dicunt, ut suprà monuimus. Symmachus, χρῶτα ὑπὲρ χρωτὸς, καὶ πάντα ὅσα ἔχει, προήσεται ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. cutem pro cute atque omnia quæ habet, dimittet pro anima sua.

Iamq; opus exegi, non quidem ære perennius, sed chalybe certè durius. hęc .n. sic elaboravimus, quasi ad metalla dānati fuissemus. sed dū aliis prosim, me non pœnitet τόλμαι πορείας. si cui videbūtur isti lapides ἐκ τῶν πεζαίων λαλομιῶν cæsi, vel nō satis politi, vel minus artificiosè constructi, planè rudes atq; disiecti poterunt esse utiles. nunc omnes aliquā habere ἐργασίαν, & nonnullā structurā fatebuntur. *verum opere in longo, fas est obrepere somnum*, ut inquit ille. Sunt & alia per incuriam neglecta fortasse, sed hæc præcipuè, quę iā in fine supplenda censuimus. pag. 89. diximus, quod verum est, ἀγορὰν & forum significare quod in foro venit. exemplū à Cicerone latinū posuimus, Græcū nō posuimus: quod aliquis fortè miretur. hoc igitur nunc habe exemplū quod suo loco reponas. Ar. ⁊. οἰκονομ. 2.c. 8. Ἡρακλεῶται δὲ παρὰ τῶν ἐμπόρων συνηγόρασαν τόν τε σῖτον πάντα, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὴν ἄλλην ἀγορὰν. i. reliqua venalia. paulò pòst, παρῆγον τὴν ἀγορὰν ἐν ὁλκάσι, in navigiis. Itē pag. 124. κόσμον diximus esse descriptionem atq; ordinem civitatis. eius aliquot exēpla at-

tulimus

tulimus. ſed nullum hoc præclarius, quod eſt apud Dem. contra Ariſtogitonem, ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶς ὁ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κόσμος ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, συντετάρακται καὶ διαφθείρεται κατὰ τοῦτον, καὶ τοῦτ' οἶμαι σαφῶς ὑμῖν ἀποδείξειν. τῆς πόλεως κόσμος eſt ἡ τάξις τῆς πόλεως, quam Ariſt. vult eſſe πολιτείαν 3. Polit. & mox apud Dem. πάντα γὰρ καλὰ καὶ σεμνά, καὶ δι' ὧν ἡ πόλις κοσμεῖται καὶ σώζεται, οὗτοι φυλάττουσι, nempe οἱ νόμοι. Itē pag. 102. interpretati ſumus, οἴχεσθαι, perire. eius hoc exemplū eſt Demoſthenis eadē oratione. ἐπεὶ λυθέντων γε τούτων, καὶ ἑκάστῳ δοθείσης ἐξουσίας ὅτι βούλεται ποιεῖν, οὐ μόνον ἡ πολιτεία οἴχεται, ἀλλ' οὐδ' ὁ βίος ἡμῶν τῆς τῶν θηρίων οὐδὲν ἂν διενέγκοι. Plautus aliter dixit, argentum οἴχεται, nempe ut Terentius, *retraham fugitiuum argentum*. ſic enim dicimus περὶ χειλοφόρων. Hæc ſic viſum eſt προσαναπληροῦν ne quid hic eſſet ἐλλιπές. nam cetera, opinor, ſatis ſuperq́; expleta ſunt. Iam huic operi ſummā hāc manū addimus. Dionyſ. Hal. de noſtro Lyſia. ἐν δὲ ταῖς διηγήσεσι τὰ πράγματα (ὅπερ οἶμαι μέρος πλείστης δεῖται φροντίδος καὶ φυλακῆς) ἀναμφιβόλως ἡγοῦμαι κράτιστον αὐτὸν εἶναι πάντων ῥητόρων. ὅρον τε καὶ κανόνα τῆς ἰδέας ταύτης αὐτὸν ἀποφαίνομαι. καὶ γὰρ τὸ σύντομον μάλιστα αὗται ἔχουσιν αἱ διηγήσεις. καὶ τὸ σαφές. ἡδεῖαί τέ εἰσιν ὡς οὐχ ἕτεραι, καὶ πιθαναί, καὶ τὴν πίστιν ἅμα λεληθότως συνεπιφέρουσι. τοσαύτην ἔχει πειθὼ καὶ ἀφροδίτην τὰ λεγόμενα, καὶ οὕτω λανθάνει τοὺς ἀκούοντας, εἴτ' ἀληθῆ ὄντα, εἴτε πεπλασμένα. qualem Homerus fingit Vlyſſem, ὡς πιθανὸν εἰπεῖν καὶ πλάσασθαι τὰ μὴ γενόμενα.

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Quæ ita ſe habere, & vera eſſe hæc omnia, vel hæc vna oratio demonſtrat.

δόξα τῷ θεῷ.

Cantar



...cellane[a]
Scholastica